CORNELII
BENINCASII PERVSINI
IVRISCONS. ÆQVITISQ. AVRATI AC IN PRIMA PATRII GYMNASII SEDE VESPERTINIS HORIS CÆSAREI IVRIS INTERPRETIS

Ad Rub. & .l. 1. ff. Solu. Matri.

PRÆLECTIONES QVOTIDIANÆ, QVÆRENDO Propositę, Differendo enarratę, Regulari methodo definitę, Ampliationibus, declarationibus, limitationibusq; Summo studio ac exactissima diligentia exornatę omnibus tam in scholis quam in foro versantibus apprime utiles, & necessarię.

CVM SVMMARIIS ET SENTENTIARVM Materierumq; Notabilium Indice Concinne Dispositis.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITÆ.

DE SVPERIORVM LICENTIA.



PERVSIÆ

EX OFFICINA PETRI PAVLI ORLANDII,
Anno Domini, M. D. LXXXX.

AD ILLVSTR.^mum ET REVER.^mum D. D. ANT.
MARIAM GALLVM EPISCOPVM PERVSINVM
DIGNISSIMVM ET S. R. E. CARDINALEM
AMPLISS.

Illustris decor Vrbis Salue splendor & orbis
Gloria christicolum nomen & imperium
Hæc tibi grata velis sint quæ Cornelius offert
Perhumilis seruus scripta Benincasius
Et deus omnipotens te sancta ad vota secundet
Incolumemq; diuprosperet atq; beet

ILLVSTRISS.mo ET REVERENDISS.mo
DOMINO D. ANT. MARIÆ GALLO
PERVSINÆ CIVITATIS EPISCOPO DIG.mo
ET S. R. E. CARD. AMPLISS.mo

CORNELIVS BENINCASIVS S.

ETsi certo ſcio, Cardinalis Ampliſsime, ea eſſe laudũ ſuarum promerita ſummæq; glorię pręconia, vt qui ea pro dignitate exprimere valeat vix reperiri poſsit, atq; in almo hoc Peruſino Gymnaſio, cui Amplitudo ſua iure optimo pręeſt, eſſe neminem qui eam ad aſtra efferri non percupiat, quamq; in ſapientiſsimum Patronum acerrimumq; defenſorem habere omnes cuiuſq; generis ſcientiarum profeſſores sũmopere nõ contendant pro ea pręſertim qua pręcellit Sanctitate, Integritate, prudentia, & ſcientia, quibus ingenue fatentur omnes maximopere ſuperatos fuiſſe probitate Trayanum, religione & iuſtitia Numam, ſapientia Ptholomeum, animi magnitudine Alexandrum, & in omni deniq; vitę ratione Seuerum; animi namq; forenſi ſtrepitu perculſi ſapientia ſua reficiuntur, aures conuicio & populari quodam vento defeſſę, integritate ac iuſtitia ſua conquieſcunt; Hęc imperitos edocent, ſuaq; authoritate improbos ad optimũ vitæ curſum reuocant, bonos excitant, homines impudentia lapſos erigunt, iudicia conſtituunt, luxus cõprimunt, atq; omnia quæ affecta & proſtrata de fluxere ſeueris legibus vincunt: quod & clariſsimè quoq; probant conſecrata templa, diuinarum domorum reparationes, Philoſophantium ſuffragia, proborum complexus quibus indies operã nauare non deſerit, Quodq; ante omnes diuinitus præuidit ſapientiſsimorum hominum ſapientiſsimus, & ſanctiſsimorum Patrum ſanctiſsimus SIXTVS. V. digniſsimus omnipotentis Dei Vicarius, quippe qui proprio nutu eam in præcipuum huius Peruſinæ Ciuitatis caput tutiſsimumq; præſulem elegit, cunctis alijs antepoſuit, & ad purpuratorum patrum chriſtianam religionem gubernantium numerum aſcripſit; Attamen ego inter iuris profeſſores minimus non animo eius laudes & gloriæ præconia percenſendi aut egregias actiones & inſignia geſta extollendi & celebrandi, cum hæc diuinitatis potius quam humanitatis eſſe crediderim, ſed cum iam pluribus annis in hoc Peruſino Gymnaſio ſummorum Pontificum beneficio primam ſedem veſpertinam in iure Cæſareo detinuerim, meum eſſe exiſtimaui (quiſquis ſim cenſendus ab Amplitudinis ſuæ præſtantiſsimo cæterorum iudicio præclariſsimaq; omnium prudentia) propenſam aliquam erga eam grati animi mei ſignificationem perennisq; obſeruantiæ fidẽ exibere, & Amplitudini ſuæ huius Almi Peruſini Gymnaſij Cancellario optimo & meritiſsimo, veluti diuturni muneris quod ſubeo primi-

✠ tias

tiàs offerre, nō immemor diuino edoceri præcepto Dominum aliquando cū seruis rationem ponere, seruumq; villicationis suæ etiam rationem reddere debere. Quamobrem prælectiones quasdam à me in Publico hoc Gymnasio promulgatas disceptatas ad regularemq; ordinem redactas, & eius quidem anni quo celsitudo sua tam admirabili prudentia singulariq; charitate tot dissensiones inter plurimos iuris professores exortas præclarissimè sedauit, numini suo dicare & sub fulgentissimo virtutum suarum clypeo in publicum edere decreui, Quæ tam et si non sint tanta amplitudine dignæ, ad instar tamen diuini numinis quod dantis affectum pensat, serena fronte suscipere, & eximiæ deuotionis meæ perpetuum futurum pignus & monumentum conseruare, ac me meosq; omnes in clientelam suam complecti non dedignetur Deus autem optimus Maximus eam fœliciter ad uota secundet, & diu nobis seruet incolumem. Perusiæ. xviii Klen. Septembris M. D. LXXXIX.

FVLVIVS GALVANVS AD Lectorem.

Si placet, hæc lector multo quæsita labore
Per lege, subq;imo pectore conde memor
Hinc etenim disces qui poscere fœmina dotem
Extincto, possit, sola relicta viro.
Egregium est opus, vt cernes, tuq; vtere sæpe
Egregios fructus nam capere inde potes.

CORNELII BENINCASII

PERVS. IVRISCONS. AEQVITISQ.

Aurati. Ac In Prima Patrii Gymnasii sede vespertinis horis cæsarei Iuris interpretis

Ad Rub. ff. Solu. Matri.

PRÆFATIO

SVMMA RERVM CAPITA

1 *DOTIVM tractatus debet a diuini numinis Inuocatione exordiri*
2 *Dotium tractatus utilitas & cōmēdatio*
3 *Quatuor causæ in quacunque re introducenda concurrere debent*
4 *Causa efficiens & finalis quare dicantur fiendi, causa formalis & materialis essendi.*
Scire est rem per causam cognoscere.
Scientia causæ faciliorē indicat causati notitiā
5 *Causa finalis est prima & motiua Intentionis agentis, & aliarum causarum causa.*
6 *Matrimonium est causa finalis dotis.*
7 *Matrimonij causa cōmissa censetur etiam causa dotis commissa*
Mandato facto ad contrahendum matrimoniū censetur etiam ad constituendum dotis nomen factū
Mandatarius explicare potest omnia necessaria in antecedenti uel consequenti ad actum mandati quando aliter actus cōmode explicari nō poterat.
8 *Matrimonij diffinitio comprobata & declarata.*
9 *Ob solutionem matrimonij eius diffinitio non uitiatur.*
Ex mutatione accidentium non infringitur substantia, nec diffinitio
10 *Matrimonium aliud carnale, aliud spiritnale.*
11 *Matrimonium carnale uerum & putatiuum.*
12 *Matrimonium quare a matre magis quam a patre denominetur.*
13 *Matrimonium quomodo contrahatur.*
Cōsensu carens matrimoniū cōtrahere non potest
Mutus matrimonium contrahere potest
14 *Forma præcise nō per æquipollēs debet impleri.*
Fallit ex causa necessitatis, In forma uerborū & quando actus per æquipollens est certus
15 *Bona matrimonij sunt tria*
16 *Matrimonium olim & hodie de iure ci. & can. quomodo & quando soluatur*
17 *In sacramentalibus peccatumq; concernentibus ius can. indistincte seruandum est.*
Causæ matrimoniales coram Iudice ecclesiastico cognosci debent
18 *Causa formalis dotis ius ci. fuisse dicitur*
19 *Actus primæ causæ debet ascribi*
Verba legalia ad ius non hominis ministeriū sunt referenda,
20 *Formalia dicuntur quæ in modo uel ordine a lege tradito consistunt*
21 *Causa materialis dotis est pecunia latissime sumpta*
22 *Causa materialis dicitur substantia materialis ex qua cum aliquo aliquid fit*
Causa materiali cessante cessat effectus
23 *Quæ fuerit efficiens causa dotis*
24 *Intell. l. eas. de capi. dimi. & nu. seqq.*
Qualitas supponit subiectum, & sine eo esse nō potest nu. 26.
Vbi nō est substātia ibi qualitas esse nō potest
25 *Dict. itaq; est ad præcedentes illatiua.*
26 *Causa differt a causato, & causa causatum præcedere debet*
subiectum differt a qualitate
Principale differt ab appendiciis suis
Actio de dote iuris ci. esse dicitur de ueritate nu. 31. & 70.
27 *Bonum & æquum iuris ci. nat. & gen. est & nu. seqq.*
28 *Denominatio ab essentia non ab accidenti fieri debet; & a forma magis quam a materia & a toto non a parte*
92 *Tale secundum quid uel per relationem ad aliud non dicitur proprie tale:*
30 *Soc. Iun. nu. 37. par. 2. declaratio ad d. l. eas discutitur; & confutatur nu. seq.*
31 *Arg. ab effectu in iure ualidum est*
Vna pars legis per aliam declaratur.
Clausula precedens magis influit ad declarationem sequentium quam e contra
32 *Alimenta naturalem habent præstationem*
33 *Intell. l. ex hoc iure de iust. & iu. & nu. seqq.*
Dos est contractus, & iurisgen.
Valet arg. a partibus sufficienter enumeratis
Valet arg. ab exceptione ad regulam.

A Domi-

34 *Dominiorum distinctio est iuris gen. licet aliqui modi distinguendi sint de iure ci. & nu. 38.*
35 *Non est curandum de modo*
36 *Intell. l. in rebus .C. de iu. dot.*
Subtilitas iuris sæpe damnatur, & quid sit subtilitas iuris nu. seqq:
Ver. uidetur, induxit fictionem, & in dispositione legis ueritatem nu. 37.
37 *Intell. l. quoties. C. de iu. do.*
Rigor iuris scriptus licet durus debet attendi
38 *Denominatio a specie magis quam a genere fieri debet.*
39 *Intell. Alex. ad. d. l. ex hoc iure. confutatur & nu. seqq.*
40 *Ab accidenti seu qualitate ad substantiam non ualet argumentum.*
41 *Sponsalitia largitas & stipulatio sũt contractus iuris ci. & exceptuati a contractib⁹ iuris gẽ.*
42 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis*
43 *Commerciorũ app. innominati contractus ueniunt.*
Disposita in uno separatorum non censentur disposita in alio
44 *Omne ius quo humanæ gentes utuntur iuris gẽ. esse dicitur. quod decla. nu. seqq.*
Matrimonium etiam sine dote contrahi potest
46 *Acceptilatio inducta a iure ci. propter usum dicitur Iuris gen. esse.*
48 *Intell. l. ex diuerso .§. i. ĵ. eo. & nu. seqq.*
49 *Alex. intell. ad d. §. i. legis ex diuerso. ĵ. eo. confutatur.*
Intell. legis uerbis non conueniens ut diuinatiuus reijciendus est.
Stipulatio contractui nominato adiecta illius naturam sequitur.
50 *Soc. iun. intell. ad d. §. i. confutatur & nu. seqq.*
52 *Obligationis radices duæ sunt*
Potior significatio est quæ ad duo magis quam ad unum refertur
54 *Intell. l. qui liberos de ri. nup. & nu. seq.*
Ex dictio causam proximam designat, sed secundum subiectam materiam ponitur nu. 57.
55 *Bon. possessio septima quæ datur ex legibus an sit iuris prætorij uel ciuilis, communis quod sit iurisci.*
56 *Officium paternum dotandi filias a iure ci. fuit inductum ratione patriæ potestatis nu. seq.*
58 *Dotis diffinitio. a Bar. tradita declaratur, & nu. seqq.*
60 *Intell. §. ius autem ci. uers. sed quoties de iu. nat. & nu. seq.*
61 *Lex habens plures intell. non potest ad decisionem allegari*
62 *Accessorium sequitur naturam sui principalis eiusdemq; qualitatis & naturæ esse debet. decla. nu. 64.*
36 *Matrimonium origine est de iure nat. modus & nomen de iure. ci,*
65 *Dos tripliciter sumitur*
66 *Deus est superior causa efficiens dotis. ius gen. uero inferior.*
Causa efficiens superior, & inferior esse dicitur
Et superior magis influit
Intell. l. si unus .§. pactus de pact.
Intell. l. i. cum gl. ĵ. eo.
Omne qui dicit nihil excludit
Dos est patrimonium mulieris nubentis
67 *Contractus dotis iuris gen. est.*
68 *Contractus omnes dicuntur de iure gen. esse & contrarium asserenti incũbit onus probandi*
Regulam habens pro se, dicitur habere intentionem fundatam.
Arg. ab exceptione ad regulam, & a partibus enumeratis ualet
69 *Cosẽsus partiũ est cã accidẽtalis efficiens dotis*
70 *Dotis traditio etiam iuris gen. est*

1 IN Pręclarissimi huius † dotium tractatus initio a diuini numinis inuocatione exordiar iux Sacrosanctas relatas traditiones in c. non liceat 26. q. 5. in c. non obseruetis 26. q. 7. & ad exemplum legis latoris plurimis in locis, & pręcipue in .l. 1. prin. C. de Veter. iur. enu. in l. 2. in prin. C. de offi. prefe. pręto. aphri. in auct. de armis in prin. in c. 1. de pace ten. in usi. feu. in c. 2. extra de testi. omnia nanq; bene geruntur si principium decens fiat & amabile deo, inquit Imper. in auct. quomodo opor. epi. in prin. glo. in c. sedes extra de rescrip. Bal. in prima consti. cod. in prin. & Soc. lib. i. consi. 12. nu. 4. alias uix bona paguntur exitu quę alio sunt incoata principio c. miramur. 63. di. & c. principatus. 1. q. 1. glo. in c. pen. 92. di. Alcia. de prçsump. reg. 2. pręsump. 32. in prin. Vercell. in l. 1. nu. xi. de orig. iur. Fundamentum itaq; solidissimum sit nobis Deus Optimus Maximusq; hos actus nostros quo eo aspirante peruenire iuuãdo prosequatur mentesq; nostras ad hęc legalia studia quam accuratissime dirigat prospereque fortunet, argum. auth. in c. cum paulus 1. q. 1. per heder. de Sen. consi. 97. quoniam in prin. & doct. communiter in rub. de no. ope. nun. in prin.

Per illustris in quam † & celeberrimus dotium tractatus utilis est valde, [illegible], frequens, ac necessarius, ut hic plerique ex ordinarius scrib. & in simili iuriscon. in. l. i. in princ. sup de neg. ge. in l. i. sup ad exib. & in. l. i. supra nau. caupo. stab. amplius q; summopere cõmendat leges author in. l. i. supra de iur. do. & in l. i. infra. eo. asserens dotis causam semp & ubiq; pręcipuam esse & ad rempub. pertinere matrimonia celebrari ciuitates hominib' repleri, mulieres dotari

dotari, eisq; dotes cõseruari, & id ipsum di
gnosci quoq; potest ex tot tantisq; priuile
gijs a iure dotib⁹ sparsim ĩdultis cõgestisq.
a Bal. Nouel. Roge. Cãpeg. & alijs de dote
tractãtibus Nos autẽ nc illotis (vt dici so
let) manibus & sine vlla prefatione ad opu
lẽtissimã eius materiã accedamus ad not.
in l. 1. supra de orig. iur. per Bar. in rub.
.j. de acq. hæred. & scrib. in l. 1. supra si cer.
pet. quędam pro faciliore Intelligentia
dicendorumq; ornamẽto quam breuissime
licebit preferemus ar. not. in l. 1. in prin.
de iust. & iu. in l. insula in fin. j. de acq.
re. domi. in rub. C. de eden. & in rub. extra
de Iud. per Ancar. conf. 141. col. 1.
3 Et Quoniã † ad vnãquamq; rem intro-
ducendam secundum Philos. 1. phis. qua-
tuor causę concurrere debent, efficiens, ma
terialis, formalis, & finalis. Bal. in rub. C.
de rescin. uen. & in l. 1. col. 2. C. de summ.
trin. Io: Mona. & Io: An. in ꝓe. li. 6. in prin.
Azo. in prin. sũmę Humber. in auth. sacra
menta puberum nu. 19. & seq. C. si aduer.
4 uen. Vacon. decla. 158. lib. 4. quarum † duę
nempe efficiens & finalis dicunt causę fiẽdi
quia rem ipsam efficiunt, alię duę materia
lis & formalis causę essendi quia dant esse
rei. secundum Bal. in l. patre furioso supra
de his qui sunt sui uel a lic. iur. Brun. de
forma tit. de conueni. materię & formę Hũ
ber. vbi supra, Id circo preludij loco prima
nostra erit inspectio Quę nam in dote hu
iusmodi causę fuerint. scire .n. dixit phi-
los. 1. ęthi. esse rem per causam cognoscere
l. scire leges vbi. no. supra de legi. Bar. in l.
admonendi. nu. 17. de iureiuran. Bal. in c.
cum contingat nu. 9. extra de rescr. & in. c.
cum causa nu. 44. de testi. Ias. in l. si pupil-
lus in prin. j. de acqui. hę. Vercell. in proe.
digestorum. col. 1. ex quo scientia causę fa
ciliorem indicat causati notitiam l. ita au
tem in prin. de admin. tut. & l. cum pater. §.
dulcissimis de leg. 2. ut pote scientia causę
plurimũ conferat ad causati uim & virtu-
tem habendam l. restituendę cũ glo. C. de
aduo. di. iud. c. 2. preben in vi. & c. 1. §. hoc
autem qui feu. da. pos. in vsi. feu.
5 Et exordiendo a causa finali † quę prima
est, & quidẽ motiua intentionis cuiuslibet
agentis secundum Io. Mona. in c. cupientes
nu. 4. de rescr. lib. 6. Imol. in c. post. trans-
lationem nu. 42. extra. de renun. & Petr. de
bell. ĩ l. recõiũcti. nu. 26. de leg. 3. & aliarũ
causarũ causa dicitur Bal. in l. generaliter
C. de epi. & cler. in l. ea quam C. de fideicõ.
in l. 1. C. de Institu. & consequenter cęteris
prefcrenda l. fin. j. de. hęred. insti. Maran.
de ord. iud. 2. par. pri. nu. 36. Tiraq. de caus.
cess. limita. 1. nu. 6.
6 Sciendum est † causam finalem Dotis insti
tutę fuisse matrimonium ad quod dotis me
dio facilius libentiusq; peruenitur Bal.
No. de dote par. 2. Paul. Castren. li. 1. cons.
149. col. 1. & cõs. 155. col. 1. Crau. cõs. 281.
nu. 2. & hic. Paris. nu. 19. & Io. An. 38. cuius
quidem dotis fructus marito pro oneribus
matrimonij seruire debent l. 3. l. dotis fruc-
tus sup̃ de iu. do. l. pro oneribus. C. eo. glo.
fi. in l. 1. C. de cond. ob causam Bar. & doc.
in l. 1. in prin. j. eo. Bal. no. de dote. q. 1. nu.
5. & q. 3. in prin. Grat. ꝓ regula li. 1. cõs. 29
7 nu. 24. Vnde cõmissa † causa matrimonij
cẽsetur etiam in quandam consequentiam
commissa causa dotis. c. 3. extra de don. int.
ui. & vxo. glo. in. c. accessorium de reg. iur.
li. vi. & facto mãdato ad cõtrahẽdũ matri-
moniũ cẽsetur etiã factũ ad dotis nomẽ cõ
stituendũ & respectiue recipiẽdũ l. theopõ
pus. j. de dote prelega. mãdatarius. n. expli
care potest omnia necessaria in ãtecedenti
vel cõseqnti ad actũ mandatum quãdo ali
as actus ille cõmode explicari nõ poterat
l. fin. de offi. eius. l. 2. C. de iurisd. om. iud. l.
ad legatũ. l. ad rẽ mobilẽ. & l. fidesũctus sup̃
de ꝓcura. c. pterea cũ de offi. deleg. Rom.
cõs. 330. nu. 11. Soc. Iun. li. 3. cons. 22. nu. 5.
8 Est autem † Matrimonium uiri & mulie
ris coniunctio indiuiduam uitę consuetu-
dinem continens, ut in insti. de pat. pot.
in prin. in l. 1. supra de. ritu nup. in c. illud
extra de presump. glos. & doc in c. ex literis
extra de conuers. infide. & in c. ad condito-
rem. §. preterea de uct. sig. in extrauag. Io
annis xxij. Goffr. in rub. extra de sponsa,
nu. 14. Et dicitur uiri & mulieris coniun-
ctio, quia ad essentiam matrimonij concur
sus utriusq; sexus requiritur, glo. in c. 1. 27
q. 2. & non tam corporis quam etiam ani-
mi consensus exigitur ex quo nuptias con-
sensus non concubitus facit l. nuptias de
reg. iur. c. cum locum & c. tuę extra de
spons. &. c. sufficit & c. matrimonium 27. q.
2. glo. in inst. de iu. nat. in prin. in tantum
q etiam si inter contrahentes uerba matri
monium significantia ꝓferrentur expressa
sine animi tamen consensu in foro consciẽ
tię non esset matrimonium c. tua nos. de
sponsa. Dec. in d. l. nuptias nu. 5. Soc. lib. 1.
cons. 28. circa primum nu. 8. & per tot.
Et dicitur indiuiduam uitę consuetudi-
nem continens, tum quia ab initio in eius
institutione id fuit constitutum ut in. c. de-
bitum extra de bigam. in. c. gaudemus de
diuor. in. c. 1. de Voto lib. 6. per Fortun. in
l. 1. in prin. nu. 20. supra de iust. & iu. tum
etiam quia contrahentes matrimonium
eius propositi ac mentis esse debent, ut us-
que ad mortem insimul cohabitare uelint.
iuxta illud Math, xix. quos deus coniun-
xit homo non separet. c. scripsit 27. q. 2. &

de consecra. di 4.& Gammar.li.1.diale.le
ga. in loco a causa forma, prout etiam fal
lit quando actus per equipollens impletus
est certus & ex illo equipollenti sufficien-
ter certificatus, Bar. in l. si ita scripsero in-
fra de cond.& de.doc. in l.1. in prin. de uer.
ob. ubi Nig. nu. 12. & Crot. in §. si quis
ita, lect. 2. nu. 2. cũ itaq; in casu isto cõsen
sus muti per signa fuerit sufficienter expres
sus, formalia consistant in uerbis, & expo
stulet necessitas consensum exprimi p cui
dentia signa cum aliter uerbis a muto fieri
non possit ad no. in l. discretis in prin. C.
q testa. fa. poss. non obstante q forma sit p
equipollens adimpleta ualebit matrimoniũ.
15 Bona † autem matrimonij precipue sũt
tria, fides, proles, & sacramentum. c. omne
itaq; 27. q. 2. glos. in c. fin. extra de con-
di. appo. & in c. per uenerabilem extra qui
filij sint legi. Fran. Marc. q. 12. nu. 3. Et ra
tione sobolis, humano generi immortali-
tatem tribuit auct. de nup. in prin.
16 Soluitur † postremo loco matrimonium
de iure antiquo digestorũ morte diuortio
& captiuitate ut in l. 1. & in l. uxores supra
de diuor. hodie non soluitur captiuitate. §.
sed & captiuitatis. auct. de nup. & diuor-
tio soluitur de iure ci. dũtaxat ex causis de
quibus in l. consensu C. de repud. & in §.
quia uero plurimas auct. Vt lice. matri &
auie & in §. distrahuntur & in §. si igitur
auct. de nup. De iure autem Cano. nõ
soluitur nisi morte naturali alterius coniu
gum c. pen. & fin. extra de secun. nup. & c.
si infidelis in fin. 28. q. 2. propter dictum
euang. Quos deus coniunxit &c. ut in c. sũt
qui dicunt 27. q. 2. & in c. quos Deus 33.
q. 2. & in c. pen. & fin. extra de transla. epi.
17 Et † cum simus in sacramentalibus pecca-
tumq; concernentibus glo. & doc. in c. ue
niens extra de trans. in c. fi. de iud. lib. 6.
per Rolan. lib. 3. cons. 93. prima facie. nu.
15. Cur. Iun. cons. 170. nu. 24. ius Cano.
indistincte seruandum est glos. in §. fin. in
sti. de gradi. Abb. & Cano. in c. que in ec
clesiarum extra de consti. & in c. fin. de pre
scrip. scrib. in c. possessor de reg. iur. lib.
6. & hic per Rip. nu. 25. siue simus in ter-
ris ecclesie siue in terris Imperij doc. in l.
priuilegia. C. de Sacro. eccle. Alex. lib. 5.
cons. 51. nu. 6. Dec. cons. 62. nu. 6. & cau
se huiusmodi matrimoniales coram iudi
cibus Ecclesiasticis cognosci debent ut in
Sacro. œcum. Triden. Concil. sess. 24. can.
ulti. & per Capr. cons. 70. nu. 16. Crot. li.
3. cons. 289. nu. 3. multisq; gaudent pri-
uilegijs de quibus per glo. in c. 1. extra ut
lite non conte.
18 Causa formalis dotis † dicitur ius ciuile
fuisse secundum Bal. Nouell. de dot. q. 3.
nu. 3. quod statuit certam formã & pfectio
nem doti, ueluti quod quomodocunq, cõ
stituatur siue nudo pacto siue per stipula-
tionem, siue in scriptis siue sine semper ef-
ficax sit constitutio, obligatio, & actio ac
etiam tacita presumatur stipulatio ubi a
partibus non fuit expressa ut in l. ad exa-
ctionem C. de dot. promiss. in l. vni. C. de
rei uxo. ac. & in §. fuerat insti. de actio.
quodq; sit sequela ueri ac iusti matrimo-
nij. l. 1. & seqq. supra de iu. do. l. fin. §. si
cut. C. de dona. ante nup. l. incestę supra
de ritu nup. & §. pen. insti. eo. ex cuius fru
ctibus mariti substineant onera matrimo-
nij. l. dotis fructus supra de iu. do. & l. pro
oneribus C. eo. ideoq; constante matrimo
nio dotem apud maritos perpetuo esse de-
bere. l. vni C. si dos constan. matri. & d.
l. 1. de iu. do. Induxit etiam ius ci. q; pluri-
ma alia iura ad causã fauores & priuilegia
dotium pertinentia de quibus in tit. de iu.
dot. de pac. dot. de dot. promiss. de equali.
dot. & infra hoc eo. tit. & per Bal. no. &
alios de dote tractantes.
19 Et quamuis † nõ nulli senserint cõuentio
nes partium causam formalẽ dotis esse ar.
l. cum dos. & per tot. ti. supra de pact. dota.
que quidem conuentiones pro lege haben
tur l. 1. §. si conueniat supra de pos. l. legem.
C. de loca & l. contractus de reg. iur. non ta
men est recedendum a priore sententia, cũ
actus prime cause debeant ascribi & sic iu-
ri ciuili quod fuit prima causa ut homines
legitime dotes constituere & super eis ea-
rumque conditionibus & qualitatibus in-
ter sese pacisci possent arg. l. etsi pror supra
de offi. eius & l. item eorum §. si decuriones
supra quod cuiusq. vni. no. l. is damnũ de
reg. iur. & c. cum aliquibus de rescrip. lib.
6. & tãquam causa cause dicatur etiam cau
sa causati l. manumissiones de iust. & iu. l.
& si amicis de adulte. & propterea uerba le
galia in dubio ad ius non ad hominis mi-
nisterium sint referenda. l. cum quem te-
20 mere §. 1. supra de iudi. & † formalia dicatur
que in modo uel ordine a lege tradito ad
aliquid faciendum consistunt l. 1. ad fin.
C. uti. poss. Ancar. cons. 33. visa. Soc. lib. 4.
cons. 92. col. 3. Maran. de ord. iud. 2. par. nu.
22. Craue. cons. 182. nu. 16. & expressa a le
ge in dubio pro forma censetur inducta.
Ias. & doc. in l. 1. de lib. & posth. Ancar. cõs.
30. visa col. 1. Gammar. li. 1. diale. lega. in
loca a causa forma, ante fi. Brun. de forma
in prin. Capiendo igitur formam & sic etiã
causam formalem per prius pro naturali
prout in dubio capi debet ad no. in l.
qui liberis. §. hec verba de vulg. Humber.
in auth. sacramenta puberum nu. 88. C. si
aduer. ven. Dec. cons. 679. nu. 2. Ius. ci. erit

formalis causa dotis, sed capiendo eam pro causa formali secundaria accidentali uel artificiali conuentio partium erit formalis causa dotis iuxta tradita p Butig. in rub.j. de uer. ob, nu.13.Cagno.in proe.ff. nu.7.Vaco.decla.184.in prin.&Gammar. ubi supra.

21 Causa materialis † ex qua dos constituitur, dicitur pecunia in latissima significatione sumpta quę continet sub se ac refertur ad omnia quę in hominum patrimonio sunt l. 2.in fi.de consti.pe.l.pecunię appell. cum glo. de uer. sig. & doc. in l. 2. §. fin. si cer. pet. Dos enim potest non solum in pecunia numerata constitui uerum etiã in quibuscunq; alijs bonis siue stabilibus, siue mobilibus siue se mouentib.aut iurib. uel actionibus .l. quero .l.plerunq; &.l.ita constante. supra de iu. do. & .l. in rebus in prin. C. eo. per Bar. in .l. singularia nu. 18. supra si cer. pet. Io. Bol. in .l.post do-

22 tem nu. 8. infra eo. causa † enim materialis dicitur ipsa substantia materialis ex qua cum aliquo aliquid fit ut in.l.si conuenerit .§. siquis de pigno.act. & in.l.lana in prin. de leg. 3. & in l. adeo.§. uoluntas de acq. re. do. & in.§.cum ex aliena materia insti. de re. diuis. quę sicut in operationibus artificialibus, ut in esse deducantur,est necessaria quia sine materia nulla species effici potest d. l. adeo.§.cum quis de acq.re. do. ita in pactis, in contractibus & in alijs dispositionibus iuris gen. & ciuilis ut habeãt iuris effectum habilis & dispositiua materia requiritur, super qua cõtrahatur disponatur & fiat.l. inter stipulanté.§. sacram de uer. obl. l. insulam de pręscrip. uer. per Humber. in d. auth. sacramenta puberum nu. 58.C. si aduer. uen. itaq; sicut cessante materia & sic causa materiali cessat effectus ob essendi defectum Bal. in.l. patrẽ furioso in utraq; lect. supra de his qui sunt sui uel alie. iur. in .l. quęcunq; post prin.C.de bo. quę lib. Brun. de forma. tit. de conuenien. materię & formę col. 1. ita cessante pecunia ut supra latissime sumpta cessabit dos seu dotis constitutio, & praexistente pecunia ueluti causa immediata & proxima materiali fieri facile poterit dos dotis ue constitutio iuxta dicta per Bar. in .l.1, col. 1. infra de act. & ob. Bal. in l. ex placito q. 1.C.de re.permu.Cagn. in proe. digestorum in prin. nu.4.

23 Ceterum † non minus elegans quam subtilis & pulcra inspectio superest, Que nã fuerit efficiens causa dotis?

In quo quidem articulo duę scriben. sententiae esse uidentur, prima & communis q ius gen. fuerit causa introductiua & efficiens dotis quam tenuit. Bar. in .l. legitima nu. 2. supra de pact. & hic nu. 24. quem sequuti fuere hic Alex. nu. 3. Parp. 30.& pro communi sententia Rip. nu.37.& Soc. iun. par. 3. nu. 37. & Monter. 151. eandẽ etiam sententiam tenuerunt. Bal. No. de dote q. 3. in prin. & in .l. 1. nu. 37. infra eo. Io: Campeg. de dote par. 1. q. 5. Constan. de dot. cap. 1. Io: Bol. in.l. post dotẽ nu. 7. & seqq. infra eo.

24 Probatur hęc sententia primo † per tex. in .l.ear supra de Capi. dimi.ubi obligationes naturalem pręstationem habentes capitis diminutione, quę iuris ci. est, non pereunt quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non potest, itaq; subdit tex. actio de dote quia in bonum & ęquum concepta est durat etiam post capitis diminutionem & sic iure ci. non tollitur quia ius ci. naturalia iura corrumpere non potest, ideoq; actio de dote & multo magis ipsa met dos, erit creatura iurisgen. & ab eo iure cognita, cum qualitas supponat subiectum.l. eius qui in prouincia supra si cer. pet. l. 4. §. fin. de act.emp. & .l. fin. infra de colla.bo. & ubi non est substantia qualitas ipsa esse non posit. Bal. in l.1.C.de Vsuca. p dot. Rolan. lib.3. cons.18. nu. 9.

Comprobatur primo dum tex. inquit, actionem de dote in bonum & ęquum conceptam esse, nam illud bonum & ęquum ad ius gen; quod eo utebatur est referendum .l.bona fides supra depoli. iuxta illud, Aurea prima sata est ętas quę uindice nullo sponte sua sine lege fidem rectumq; colebat. Vaco. lib. 1. decla. iur. ci. cap. 22.

25 Comprobatur secũdo † ponderando dic. itaq; quę est ad precedentes illatiua.l.uenditor.§.si constat supra communia predio. Dec. cons. 516. nu. 16. & illatio ex pręmissis sequi debet. l. Papin. exuli. de mino. l. fin. de calũ. & l.naturaliter.§.nihil commune de acqui. poss. cũ ergo tex. ibi in prin. dicat q obligationes naturalem pręstationem habentes capitis diminutione non pereunt deinde inferẽdo subijciat, itaq; actio de dote durat etiam post capitis diminutionem, datur aperte intelligi legem ibi uelle actionem de dote naturalem pręstationem habentem, & sic iure gen. cognitam (cum ius gen. etiam naturale appelletur .§. 1. & §.singulorum insti.de re. diuis.) etiam post capitis diminutionem durare.

26 Huic fundamẽto † multipliciter respõdere uidẽtur scriben. & primo ex mente Bal. ibi q tex. ille loquitur de contractu seu iudicio uel actione de dote, ideoq; tex. ibi singul.est ad hoc q contractus dotis iurisgen. est secundum Bal. ibi, nos uero loquimur de causa efficiẽte & introductiua dotis quę differt a contractu, iudicio, uel actione de

dote

dote tanquam causa a causato ar. l. licet. §. ea obligatio supra de procu. l. si quęramus infra de testa. & tanquam subiectum a qualitate Bal. in .l. si vnus. §. pactus nu. 5. supra de pact. Gammar. lib. 3. diale. leg. cap. 7. & 9. seu tanquam principale a suis appẽdicijs uel sequelis arg. §. liberis autem insti. de pupill. & .l. cum principalis de reg. iur. cum simil.

Verum replicari potest ꝙ si contractus, iudicium, & actio de dote iurisgen. sunt & id statuitur ibi (licet quo ad actionem cõtrarium tenendum sit propter tex. in .l. 2. §. deinde ex his de orig. iur. sequitur necessario ꝙ ipsa quoq; dos ab eodem iuregen. cognita esse debuit, & sic ante ius ci. institutum ipso iuregen. introducta ar. d. §. singulorum & .l. 1. infra de acq. re. do. tum quia causa causatum pcedere debet .l. pen. supra quę res pign. oblig. poss. l. si quęramus de testa. & qualitas sine subiecto stare non potest l. pen. si cer. pet. l. fin. de colla. bon. nec ab eo sepatabilis est secũdũ Bal. lib. 5. cons. 285. col. 1. Aret. cons. 144. col. pen. Aquens. in .l. naturaliter. §. nihil commune de acq. poss. Neuiz. lib. 1. Syl. nup. nu. 168. nisi diuino miraculo Crot. lib. 3. cons. 301. nu. x. & cons. 374. nu. 16. tum etiam quia propter unum quodq; tale & illud magis auth. multo magis .C. de sacros. eccle. c. cum marthe. extra de cele. missa. glos. in clem. vni. vbi Cardin. not. de reliq. & uene. san. quamobrem cum dos ipsa sit causa contractus, iudicij, uel actionis de dote propter quam quidem dotem contractus dotis iudiciũq; de dote iuregẽ. sunt instituta, a fortiori dicendum est eodem iuregen. tanquam necessarium quoddam antecedens dotem introductam cognitamq; fuisse arg. no. in .l. ad rem mobilem & in .l. ad legatum supra de procura. in. c. cum infirmitas de pœniten. & in c. quoniam de sent. excom. lib. 6.

27 Secũdo † respondet Repet. Bon. hic col. fin. retorquendo, nam cum tex. ibi loquatur de dote in bonum & ęquum concepta, & bonum & æquum iuris ciuilis sit. l. 1. in prin. de insti. & iu. l. 1. de usuca. l. bona fides supra depos. sequitur dotem iuris ciuilis creaturam esse, & si dicatur bonum & ęquum etiam iurisgen. uel iuris pretorij esse .l. filio in fin. infra de iniusto rup. testa. respondet ꝙ in isto casu intelligi debet de bono & æquo quod iuris ciuilis est, ex quo tractatur de actione de dote quę secundum magis doc. communem sententiam iuris ciuilis est doc. insti. de act. in princi.

28 Verũ † huic quoq; responsioni potest distinguendo replicari ꝙ dato & non concesso ꝙ actio de dote in bonum & æquum concepta sit, tamen denominatio fieri debet ab essentia rei nõ ab aliquo accidenti Bar. in .l. cotem ferro .§. qui maximos q. 2. infra de publican. & in sua q. incip. publicanus. Ias. in rub. de leg. 1. nu. 17. Item a forma magis quam a materia Soc. in rub. infra de uer. ob. nu. 15. ubi etiam Veri. nu. 170. & a toto non a parte secundũ Galiaul. ibidem nu. 1. licet ergo in conceptione actionis de dote consideretur bonum & ęquum materialiter seu qualificatiue non ppterea ab eo denominari debet iurisgen. magis quam iuris ciuilis esse.

Preterea stante ꝙ bonum & æquum sit tam iuris nat. & gen. quam etiam iuris ciuilis ut probat tex. cum glos. in l. 1. in uer. ars. supra de iust. & iu. aut bonum & æquum ibi intelligetur de eo quod est iuris nat. uel gen. in potiori significatione arg. l. 1. §. qui in perpetuum supra si ager uectig. & .§. sed ius quidem ci. insti. de iu. nat. & in can. 1. dist. 5. aut non erit concludens necessaria illius tex. probatio, ex quo non probat hoc esse quod ab hoc quandoq; cõtingit ab esse .l. non hoc vbi Bal. C. unde legi. l. neq; natales .C. de proba. & c. in pręsentia extra eo.

29 Nec obst. † ꝙ ratione adiuncti idest quia de actione de dote agitur, sit de bono & æquo iuris ciuilis intelligendum ar. no. in .l. si vno supra loca. Quoniam respondetur ꝙ illud esset per relationem ad actionem de dote & sic per improprietationem ad not. in .l. item pretor infra de suis & legi. & non ex essentiali natura uel propria significatione dotis, & in dubio non est recedendum a naturali & propria significatione uerborum .l. 1. §. si is qui nauem sup de exercito. .l. non aliter in prin. de leg. 3. & .l. 3. §. hæc uerba sup. de neg. ge. l. fin. C. his qui ueni impetra. & c. ad audientiam extra de decim. & illud quod non simpliciter sed secundum quid est tale non est proprie tale Bar. in .l. hoc legatum & in .l. lucius .§. quesitum de leg. 3. Bal. in .l. pen. C. quomodo & quando iud. & pro regula Ias. in .l. 1. col. 1. in fin. sup. si ex noxa. causa aga.

30 Tertio † respondet Soc. Iuni. in tertia par. nu. 37. non ualere consequentiã, actio de dote competit etiam emancipato & sic capitis diminutione non perit item ex bono & æquo concepta est ergo de iure ci. nõ est, nam actio iniuriarum, uel quod ui aut clam, quæ filijsfa. competunt .l. filiusfa. infra de act. & ob. dicuntur de iure ci. & tamen nemo dixerit eas emancipatis non competere, & idem de querela cõtra testamentum matris dicitur quę etiam filijsfa. competit .l. filiusfa. supra de inoffi. te.

Sed

31 Sed teplicati potest† q; dispositio d.l.eas non fundatur in qualitate emancipationis de qua pet uiam quasi illationis lex sequēs loquitur, sed ratio fundamētalis illins tex. est in eo, quod ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non potest, ut ibi expressim dicitur, & ideo illud adductum pro simili de actione iniuriarum, & quod ui aut clam tanquam nimium a remotis in proposito aptari non potest arg. l. cum quis supra de dolo per Bal. in .l. ex placito .C. de re. permu. Curt. Iuni. cons. 2. nu. 4. Ex q; ua leat illa consequentia, actio de dote non perit capitis diminutione ergo iuris ciuilis non est, adduco tex. in. §. fin. insti. de legi. agna. tute. ubi ius agnationis perit capitis diminutione quia agnatio iurisci. nomen est, sed ius cognationis capitis diminutione non perit quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non potest, ita in terminis nostris actio de dote non perit capitis diminutione quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non potest, sicut e conuerso si actio de dote capitis diminutione periret, iuris ciuilis esset creatura ut ibi de iure agnationis dicitur, & sic sequitur q; actio de dote quę capitis diminutione nō perit non est iurisci. creatura, per arg. ab. effectu iux. not. in .§. quorum in proe. insti. & in .l. debitor ubi etiam Pau. ꝫ. ad treb. per Euer. in cent. in lo. ab effec. in princ. Et ad illud de bono & ęquo Replicatur q; cum ibi ponatur relatiue ad naturales pręstationes de quibus tex. supra dixerat, sicut illa uerba de naturalibus pręstationibus loquentia in pręcedentibus referūtur ad ius gen. arg. §. 1. & §. singulorum. de re. di. ita illa uerba, in bonum & ęquum, in sequenti parte tex. posita ad iusgen. referri debent tum quia vna pars legis per aliam declaratur .l. utrum. de peti. hę. l. non est nouum. supra de legi. l. s. de rebus dub. l. si seruus plurium. §. fin. ubi not. de leg. 1. tum etiam quia clausula pręcedens magis influit ad declarationem sequentium quam econtra Bar. in .l. quisquis de leg. 3. in .l. auia de cond. & demon. Mates. not. 155. Dec. in .l. 1. in prin. nu. 43. supra de offi. eius.

32 Quarto & ultimo † potest responderi q; actio de dote in sui origine, natura & substantia est de iure ci. erat enim olim actio de dote, rei uxorię actio quę iurisci. erat creatura. §. fuerat. inst. de actio. & .l. vni. in prin. C. de rei uxo. ac [i]cut caterę actiones omnes .l. 2. §. post originem de orig. iur. Bar. in .l. rerum quidem .ꝫ. re. amo. glo. Bar. & doc. in .l. ex hoc iure de iusti. & iu. & pro communi citramontanorum sententia Monter. hic nu. 151. sed in d. .l. eas. propter pręcedentiam obligationis naturalem prǣstationem habentis cōcipitur in bonum & æquum & durat etiam post capitis diminutionem & sic non tollitur mero iure ciuili, quia dos constituitur causa alimentorum: l. assiduis C. qui potio. in pigno. ha. l. ꝓ onerib⁹. l. in rebus. C. de iu. do. .l. dotis fructus .ff. eo. & alimenta regulariter naturalem habent pręstationem, ut in insti. de iu. nat. in prin. & in .c. ius naturale di. 1. ideo actio de dote est concepta in bonum & ęquum, naturalem habet pręstationem, & ea de causa capitis diminutione non perit.

33 Probatur † secundo in .l. ex hoc iure de iust. & iu. dupliciter inducendo, primo dū ibi dicitur iure gen. dominia fuisse distincta nam ꝓ dotem fit translatio & sic distinctio dominij a muliere in uirum .l. in rebus C. de iu. dot. ergo dos iurisgen est.

Secundo dum ibi dicitur contractus & obligationes a iure gen. institutas fuisse, nā dos est contractus. l. cum dotem .C. de iu. do. l. vni C. de rei. uxo. ac. iuncta glo. rub. & per Bar. in .l. legitima nu. 2. supra de pac. ergo &c.

Comprobat post Bar. Alex. hic nu. 32. quia contractus dotis non est de exceptuatis & a iure ci. inductis quos enumerat glo. ibi & in .§. ius autem gen. insti. de iu. nat. ergo necessario sequitur iurisgen. esse, per arg. a partibus enumeratis .l. patre furioso supra de his q; sunt sui uel alie iu. & .§. actionum inst. de actio. & per arg. ab exceptione ad regulam quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis ut no. in .l. nam quod liquide infra de penu lega. & in .l. 1. de reg. iur.

34 Sed huic arg. respondetur primo † quo ad primam inductionem q; licet dominiorum distinctio a iure gen. emanauerit ut ibi & in .l. 2. de acq. re. do. & in .c. ius gen. di. 1. tamen modi ex quibus dominia distinguuntur aliqui iurisgen. aliqui iurisci. sunt ut in .d. l. 1. & in d. §. singulorum & in .l. traditionibus cum ibi not. C. de pac. & in .l. 1. infra de usuca. unde necessario non tenet consequentia, dos distinguit dominia ergo iurisgen. est quia etiam iusci. hoc idē facit ut per arrogationem, per usucapionem, per testamentum, per sententiam & huiusmodi .§. fin. insti. de usu & ha. & de usucap. in prin. & d. l. traditionibus cū sim.

35 Huic tamen † responsioni potest disputando replicari de modis non esse curandum iuxta uo. in .l. si mater .C. de institu. in .l. mulier infra ad trebell. & in .l. gallus .§. quid si is de lib. & po. actumq; primę causę ascribi debere .l. & si prætor de offi. eius & l. is damnum de reg. iur. maxime isto casu quo de causa efficiente agimus

ideoq;

ideoq; iurigen. tanquam antiquiori distinctionem dominiorum ascribendam esse ar. no. in l.1.j. de albo scrib. & in d.§. singulorum & in l.1. vbi etiam Bar. C. de consulibus lib. xij. glo. in c. placuit 16. dist. Bal. in c. cum olim extra de consue. affi. dec. 1. nu. 8.

36 Secundo † respōdetur predictę primę inductioni negando dotem vere dominij distinctionem inducere nam tex. in d.l. in rebus loquitur ex fictione iurisci. vt ibi quod ex subtilitate legum transitus rerum dotalium in patrimonium mariti fieri videtur licet uere & naturaliter res dotales in mulieris dominio permanserint & sic tex. non solum de iuris subtilitate quę sępe dānari solet l. si seruus seruum. §. sequitur de verbo. oblig. l. si quis heredem. C. de institu. & l. sicut §. si debitori. sup q. mo. pig. uel hypo. sol. & l. fin. §. preterea. C. de iu. dot. & l. 1. C. vt ab her. & contra here. & c. 1. dist. 40.) verum etiam de iuris fictione loquitur. quę per ver. uidetur apparet. l. singularia. si cer. pet. Bar. & doc. in l. si is qui pro emptore. de vsuca. Tiraq. de retra. consang. §. 1. glos. 2. nu. 2. Et idem inferius in eodem tex. repetitur in vers. uolumus, dum dicitur rei vendicationem & hypotecariam mulieri pro dote competere siue ex naturali iure eiusdē mulieris res esse intelligantur siue secundū legum subtilitatem ad mariti substantiam peruenire uideantur, cum itaq; ibi fictio naturali iuri aduersetur nihil debet operari ut in l. profectitia. §. fin. supra de iu. do. in l. uoluntate supra qui. mo. pi. uel hypo. sol. per Barba. in l. cum acutissimi nu. 64. C. de fideicom.

37 Huic † etiam responsioni potest replicari q uer. uidetur, in dispositione legis inducit etiam ueritatem ut no. in l. t. in prin. sup de offi. eius in l. non uidetur cepisse de reg. iur. & alias sumitur secundum subiectam materiam Aret. in l. si duo de acq. he. in l. sciendum de uer. ob. Ias. in l. cum quis C. de iu. & fac. ign. scrib. in l. naturaliter in prin. de acq. poss. Et q uere dominium rerum dotalium transeat a muliere in uirum, est tex. express. in l. quoties C. de iu. do. ubi dominium rerum dotalium ęstimatarum transit in uirum, & so. ma. pecuniam reddere tenetur si aliter non sit conuentum, ideoq; commodum & incommodum huiusmodi rerum est ipsius mariti l. cum dotem. C. de iu. do. l. plerunq; cum seqq. ff. eo. & l. ęstimatis & l. seq. j. eo. Et preterea q subtilitas iuris nil aliud quam rigor iuris est glo. in l. si tibi infra de dona. Bar. in l. si fideiussor. §. quedam supra mand. Tiraq. de retra consang. §. 35. glos. 1. nu. 28. Bero. in c. super literis nu. 38. de rescrip. qui quidem iuris rigor scriptus existens debet attendi. l. placuit ubi not. C. de iud. glo. & doc. in l. 1. C. de leg. i. scrib. in c. fin. extra de trans. etiam si alias durus sit l. prospexit infra qui & a quibus. l. 2. §. si quis a principe, infra ne quid in lo. pub. Bal. in c. cum omnes col. 1. extra de consti. veri in l. ex facto nu. 70. infra de vulg. vnde etiam dicitur subtilitatem commedabilem esse in l. 1. §. sed neq; C. de vet. iur. enu. ad veritatē scilicet inuestigandam tēdentem. l. t. C. de professo. q in vrbe Constantinop. lib. xij. Abb. in c. capellanus. extra de ferijs Bereng. in l. vni. nu. 265. C. de sent. quæ pro eo quod interest.

38 Tertio igitur † supradictæ primę inductioni respondetur quod licet prima distinctio dominiorum iuregen. emanauerit, quia ante a iure nat. omnia erant communia c. ius naturale di. 1. Cald. cons. 4. de consti. & per iusgen. inductum fuit ut quicquid calcaret pes tuus, tuum esset, Bar. Pau. & doc. in l. 1. in prin. de acq. poss. & propterea quæ in bonis nullius erant, occupanti concedebantur l. 1. de acq. re. do. & §. feræ. Insti. de re. diuis. Tamen ista distinctio dominij quę specialiter fit per dotis constitutionem a iure ci. fuit inducta, nempe ex responsis prudentum aut constitutionibus principum quæ iuris ci. esse dicuntur §. constat. Insti. de iu. nat. & l. ius autem ciuile supra de iusti. & iu. & idcirco totum hoc iuri ciuili debet ascribi l. ius ciuile de iusti. & iu. & denominatio a specie magis quam a genere, & a speciali magis quam a generali dispositione fieri Pau. & Alex. in rub. infra de uerb. oblig. nu. 12. glo. in rub. C. de re. permu. Bar. in prima consti. cod. Butig. in rub. supra si cer. pet. nu. 19.

36 Ad secundam † vero inductionem respōdet Alex. quod aut dos constituitur per traditionem & est iurisgen. ar. no. in l. traditionibus. C. de pac. & in. §. per traditionem iuncto. §. singulorum de re. diuis. aut per stipulationem & est iuris ci. arg. l. ex diuerso §. 1. infra eo. & §. de constituta de ac. tio. & per scrib. in rub. infra de ver. ob. ubi pro communi sententia Coras. nu. 3.

40 Sed potest replicari † quod hęc doctrina respicit modum constituendę dotis ab homine & non ipsam dotem in sui quidditate, essentia & substātia prout nos loquimur & ab accidenti seu a qualitate ad substantiā nō valet argumētū ut no. in l. qui habet de tutel. in l. naturalem. §. apium. de acq. re. do. per fabr. in Insti. de oblig. in fine prin. & Neuiz. lib. 1. Syl. nup. ver. a qualitate nu. 168. post Ias. ubi per eum.

Preterea hęc Alex.responsio respicit do tem ,put ē in fieri idest ,put in esse deducitur at ea quę sunt in fieri adhuc non dicuntur,esse,c.ad.conditorē.§.licet de ver.sign. in extrav.g.lo.22. vaco. decla. 168. nos autē loquimur de dote in esse deducta, merito &c. vel respicit dotem constitutam. & sic qualificatam & non dotem simpliciter de qua agimus, illud autem quod secundum quid est tale non dicitur proprie tale Bar. in l.hoc legatū de leg.3. doc.in.c. maiores §.i.tem queritur extra de baptis.&in c.licet &in .c. statutum de elect. in vi cum simi. merito non euacuat inductionem.

41 Secundo igitur † respondetur non valere consequentiam,dos est contractus ergo de iure gen.nā sponsalitia largitas est contractus auct. ut sponsalitia largi.in prin. Item stipulatio est contractus l.1.§.pen.&fin. supra de pact. Emphiteusis est contractus l.1.&2.C. de iu. Emphi. ubi etiam Ias.& docto. Clar.4. senten.§. Emphiteu. q.1.& seq.& tamen omnes sunt de iure ci.glo.in l.ex hoc iure de iust.&iu.10.§. ius autē gen. inst. de iu.nat. gen. & ci. doc.in rub.inst. de ver.ob.& in §.de constituta.de actio.

Et si valeret prędicta consequentia, sequeretur quod dos esset quid facti quia dos est contractus,& contractus est quid facti.l. cōsilio in fi. de cura.fu.l.si unus.§.pactus supra de pac. at consequens est falsum quia dos est ius.Bar.& doc.communiter.j. in diffin. dotis nu.17.&21. ergo falsum est etiam antecedens iux. no. in .l.2.§.1.vbi glo.&doc.supra si cer. pet.in l.apud antiquos ubi Cy. Alber.& doc.C.de iur.Bal. in l.conventicula.C. de epi.& cler.Card. & Imol.in.c. solitę ex. de maio. & obe. Euer. in cent.in loco a conseq.destru.in prin.

42 Sed potest replicari † q spōsalitia largitas emphiteusis & stipulatio sūt de exceptuatis p glo. in d.l.ex hoc iure, ideo firmant regulam in alijs non exceptuatis,& sic etiam in contractu dotis ar. no.in l.nam quod liquide de penu leg. & in l.1.de reg.iur.&sic stat ad huc consequentia prędicta.

43 Tertio itaq; respondetur † dum tex. ibi loquitur de commertijs,intelligi de contractibus innominatis,exquo cōtractus nominari ibi expressim specificantur secundum glo.ibi in vers.commertia, & ideo ad contractū dotis qui nominatus est Bar. in .l.legitima.nu.2.& in l.iurisgē.in fine prin. sup de pac.& ibi non specificatus,trahi nō posse; & quando etiam centies traheretur,tamen in contractu dotis,non in dote quę ab eius cōtractu differt, militaret,& dispositio in vno separatorum non censentur disposita in alio.l. fin. de calum.l.papin. exuli de mino.Bar. & doc.in d.l. si ita stipulatus.§. chrisogonus de ver.ob.Gammar.lib.2.dis le. lega.in loco a separa.in prin.

Nec ob.dum Alex. inquit contractum dotis non esse de exceptuatis ibi per glo. Quia respondetur glo.ibi loqui per modū doctrinę & exem.pli ideoq;non sequi quin alij iurisg.contractus pręterquam ibi enumerati reperiri possint arg.l.non possunt supra de legi. exempla.n.nō restringunt.l. damni infecti stipulatio de dā. infe.l. pen. §.fin. de iu. & fac.igno. cum simi. Vnde etiam dicere solemus quod inclusio unius non est exclusio alterius quando aliqua ratione frequentioris usus ponuntur glo.in .l. 1. C. de his qui ad eccle. confu. in .l. vni.§.sponsus.C.de rap. vir. & in auth.cas sa.C.de sacros.eccle. Ias. in.l.2. p illū tex. j. vulg. & Bello.cōs.52.nu.6.vel quādo aliud ex alio capite potest includi. Saly. in.l. [illegible] fine in 2.opp.C.de accus.Vercell. in .l. omnis diffinitio nu. 45.j. de reg. iur. Dec. cons.150.col.3.& in cons.190.col.4.

44 Probatur tertio † hęc opin. ea ratione quia omne id quo humanę gentes utuntur iurisgen.esse dicitur l.1.in fin.de iusti.&iu. &.§.ius autē ci.l. insti.de iu.nat. & ci.iurisgen. di.1: sed omnes gentes utuntur dote propter onera matrimonij.l.3. supra de iu. do. l.pro oneribus. C. eo .l. quęris. supra de pac.dot.ergo.

Et licet dici possit non ōnes homines vti dote,quia matrimoniū etiam sine doteeos trahi potest.l. quod sinulla. supra derelig. & sumpti.fun.l. fin. §.sicut.C. de don. ante nup.per Affl.dec.352.nu.3.&Roma.cons. 517.in casu. col. 1. & Goffr.in sum.tit. de clande. despon. nu.4.ideoq; argumentum retorqueri.ar.no.in l.1.&seqq.supra quod quisq;iur. Potest etiam replicari argumētū procedere quoad potent[illegible] habitum, quia omnes homines matrimonium cōtrahentes dotem constituere possunt, licet in actu & effectu non omnes constituant vel quia non contrahant matrimonium, vel quia sine dote contrahant.ut in simill dicitur de contractu emptionis, & locationis, qui licet iurisgen.sint.l. ex hoc iure de iusti.&iu.non tamen omnes gentes eis utuntur quia multi sunt qui non emunt nec vendunt,non locant neq; conducunt ut experientia rerum magistra docet auct.de ap.in prin.&.c.quam sit de elect.lib.6.

45 Verum huic motiuo † responderi potest primo quod ad hoc ut aliquid dicatur iurisgen. esse non sufficit quod eo omnes gentes utantur sed requiritur etiam quod omnes gentes peræque utantur ut in d.l.1. & in d.§.Ius autē ci. cū alijs sup alle. atqui dote nō ōnes gētes pęq; utūtur q.a alij maiorē,alij minorē, alij pure,alij in diem vel

sub

ſub conditione tot. tit. de pact. dot. maxime inſpecta dignitate qualitate & facultatibus partium .l. quęro & .l. cum poſt .§. gener. ſupra de iu dot. & alij cum dote & alij ſine dote nuptias contrahunt .d .l. quod ſi nulla cũ cõcor. de quibus ſupra merito &c.

46 Secundo etiam † reſpondetur argumentum procedere reſpectu uſus hominum, nõ reſpectu introductionis & cauſę efficientis ut in ſimili dicitur de acceptilatione, quæ fuit introducta a iure ci .l. pe. de ſolu. & ꝓpter uſum hominum dicta eſt iuriſgen. eſſe .l. an inutilis .§. fin. de accepti. ubi ẽt glo. & doc. & Galiaul, in rub. ĵ. de uer. ob. nu. 103.

47 Tertio & ultimo † etiam reſpondetur negando maiorem, quia licet iusgen. ſit quo gentes humanę utuntur ut in dd. iuribus, non tamen ſemper omne quo gentes humanę utuntur iusgen. eſt quia aliud eſt ius naturale aliud gentium aliud ciuile ut in §. 1. de iu. nat. & in .l. 1. §. 1. & in .l. omnes populi de iuſt. & iu. & ideo arg. neceſſario nõ cõcludit ad no. in .l. nõ hoc. C. unde legi. iu. l. neq; natales de ꝓba. in. c. in p̄ſentia ex̄ eo.

48 Contrariam ſententiam † ꝙ ſcilicet ius ci. fuerit efficiẽs cauſa dotis tenuit Ray. de Forli. & Petr. quem hic refert Alex. nu. 32, Criſp. in tract. termi. omnium act. nu. 160, & hic viſita. nu. 123. & Paris. 236.

54 Tertio † etiam facit quod consuluit Dec. conf. 487. col. 2. ubi inquit q; mentita da ta sub conditione non afficit non uerificata conditione ar.l.hæc uenditio in prin.su pra de contrahen. emp.& l.necessario.§.1. de peri. & cōmo. rei uen.sequutus est Soc. iun.in d.conf.122.nu.32. & Rolan. lib. 3. conf. 7. nu. 15. at ista est data sub conditione importata per ablatiuos absolutos merito &c.

Contrariam & affirmatiuam sententiam tenuit Dyn. & Bar.in.l.si quis extraneus in prin. de acq.hę.& in d.l.item apud labeo, §.ait prætor.& in l.non solum.§.morte nu. 47. de no. ope. nun. Alex. in .l. fin. supra quod quisq; iur.'as in l.vt uim in fi. de iusti.& iur.& in l.turpia. nu.7. de leg.1.Rip. in .c. cum nu. 8. extra de consti. Gui.pap. q. 465. ex iniuria. Dec. in. d. conf. 487. nu. 4. & in conf. 686. nu. xj. Soc. iun. lib. 3. conf. 38. nu. 3. & conf.82. col.1.Ceph. lib. 2.conf. 296. nu. 7. & pro ueriori & magis communi sententia Menoc. lib. 1. conf. 41. nu. 32. Clar. lib.5.recepta.Sent. .§.iniuria uers. sed pone,ubi dicit ita fuisse iudicatum.

55 Primo † quia clausula pręcedens quę cōtinet mentitam est maioris potentię ad determinationem, & derogationem sequentium quam econtra iux.no.in l.1.C.de lib. prete. per Bar. in l. quisquis.de leg. 3.in l. auia de cond.& demon. las.in l.si is qui p emptore nu.57.de vsuca.sed mentita in isto casu est pręcedens & iniuriosa.l.si non conuicij.C.de iniur.Bar.in d.l.si quis extra neus.Alex. & doc. in d. l.turpia. de leg. 1. Dec.conf.686.nu.xj.ergo dicitur determinare sequentia verba saluo honore tuo, ut etiam illa per iniuriam prolata fuisse censeātur Fely. in.c.dilecti.col.pen.de excep.

56 Secundo † quia sicut actus principalis & principaliter factus,ita sermo pricipaliter prolatus debet attendi iux.not.in l.si qs nec causam.supra si cer.pe.in.l.quęritur de sta.ho.accessoria enim sequuntur naturam suorum principalium.l. cū principalis. de reg.iur. & reg. accessorium lib. 6. sed hic mentita est principaliter data ut ex verbo dispositiuo apparet, & verba, saluo honore tuo, sunt accessorie prolata seu secundario enunciata, ergo mentita debet attendi,& verba saluo honore tuo,debent secundum mentitam regulari, & sic ironice & per irrisionem (vt mentitę conueniant) prolata censeri.ar.c. ad mēam xj.q.3.glo. in simili in l.legata inutiliter. ver. confirmatur.j.de adi.lega.nec debent ullo modo posse rei principalis naturam immutare iux.no.in clem.1.de preben.per las.& doc. in l.more maiorum nu. 49. de iurisd.om. iud.immo possent etiam impropriari ut na turę actus deseruirent .l. insulam.supra de pręscrip.ver.& l.cum manu sata in fi.de cō trah.emp.& l.si vno supra locari.glo.in.§. nunc autem ver. dederint Inst. quibus alien.li.

57 Tertio † quia quando actus qui geritur est maior protestatione attenditur actus, & non protestatio.c. solicitudinem extra de app.las. in .l. illud supra quod quisq;iur. atqui in isto casu actus mentitę datę est maior protestatione conseruationis honoris quia ille est principaliter, & dispositiue offensiuus, conseruatio uero honoris secundario & conditione per ablatiuos ab solutos

solutos importata prolata, ideo mentita circumscriptis verbis, saluo honore tuo, deberet attendi per ea quę in not. casu dixit Crot.lib.2.conf.244.nu.22.

58 Et ita tenendo † non obst. contraria, ad primum enim respondetur negando mentitã esse subconditione datam, quandoquidem mentita de qua agimus duo capita continet, primum pertinens ad iniuriandũ quod est purum & dispositiuę prolatum, secundum pertinens ad conseruationę honoris (si ad id enunciatum fuisse crederimus) subconditione prolatum, vnde licet secundũ conditionale (saluo honore tuo) nihil ponat in esse, iuribus supra allegatis tamẽ primum putum & dispositiuum mentitam continens in suo robore permanet & iniuriam continet, quę ex sequentibus non dicitur sufficienter remissa per ea quę supra, & quia ex diuersis non fit illatio. l. papin. exule de inno.l.fin.de Calũn.& l.naturali tet.§.nihil commune de acq.poss.

59 Ad secundum respondetur † argum. a duobus contrarijs de quo supra non procedere quando vnum ponitur per modũ cuiusdam protestationis contrarię facto principali quæ nihil operatur.d.c.solicitudinem Bar.in l.1.nu.16.& seq.C.de lit.cōtc. & in l.qui in aliena.§.cclsus.de acqui.hęr. Alex. in d.l.illud. doc.in .c. cum .m.ferrariensis ex de constitu. Dec.conf.460. nu.3.pro ut in isto casu in quo honoris conseruatio ponitur iuxta mentitam actumq; sui natura iniuriosum, & sic tanquam protestatio quę dam facto principali contraria, quę propterea mentitam alterare non debet adnot. in l.si fundus.§. si res. supra de pigno. in.l. qualiter.§.inde infra de fideicom.lib.in §. minus insti de hęred.quę ab inte. per Gomes. in §.In plonam nu. 15.de act. Aquęs. in l. iubere cauere .nu.8. de iudis. om. iud. Rui.lib.5.conf.114.nu.7.

60 Ad tertium etiam respondetur † primo negando in isto casu mentitam esse conditionalem vt supra in primi argum.respõ siõne fuit deductum nu.58.

Secundo quod cum illa conditio sit certa & omnino extitura, quia mentiendo nõ potest illi honor suus saluus esse, non facit dispositionem & sic mentitam conditionalem sed puram habetur.l.si pupillus.§.1. ubi etiam Bat. infra de noua.per Alc.in d. l.cedere diem in fin.

Tertio quod cum illa verba, saluo honore tuo, exponi possint in tempus pręsens, si honor tuus saluus esse possit (& in futurum si honor tuus saluus esse poterit, & primo casu non faciunt proprie conditionem d.l.cum ad pręsens cum seq. ideo non potest super eis fundamentum fieri neccõtrã

dens & necessariis probatio elici, quia nõ pbat hoc esse &c.vt no.in l.non hoc .C. vn de legi.in l.neq; natales. C.de probat.& in

61 c.in pęsentia extra eo. Rursus † quod cũ eadem verba saluo honore tuo possint stare & resolui in uim conditionis suspensiuę & resolutiuę iux.not.per glo.& doc.in l.2. supra de in diem adiect Bat.in l. fideicom. §.si sic de leg.3.in l.quibus diebus.§.quidã titio.vbi Pau.Castr.& Soc.de cond.& de.& resolutiua non suspendat actum Paris.lib. 4.conf.5.nu.12.& seq. Soc. lib. 4.conf.62. uisis nu.4. merito hac quoq; ratione in eis non potest fundamentum fieri, quia non pbat hoc esse &c. iuribus prealleg. Postremo

62 mo † negari non potest quin conditio deprompta ex illis ablatiuis absolutis, saluo honore tuo; vt supra in mentita positis, sit ex natura actus cui adijcitur postq; fuit adiecta ideoq; nõ alterat neq; suspendit dispositionem per ea quę tradunt in ol.Paul. & doc.in l.qui liberis .§.de vulg.& in l.conditiones extrinsecus.de eod.& de. Salomõ. in l.gallus.§.quidam recte nu.19.de lib.& post. maxime cum respiciat effectum mentitę ad not.in l.quibus diebus.§.fin.de eod. & de. per Butig.in l.lecta nu.97.si cer.pet. & Iadole.in l.1.nu.26.de legi.1.

63 Amplio † hanc cōmunem sententiã primo procedere siue verba saluo honore tuo pręcedant siue sequantur mentitam secundum Ant.Rube.in rep.l.non solum.§ morte nu.315.de no. ope. nun. & Menoc.in d. conf.41.in fin cum quia quocunq; loco ponatur veluti facto principali repugnantia non debet attendi. c.solicitudine extra de app.c.gratum de offi.delega.tum etiam qa in his quę simul agũtur prius aut posterius non attendit l.nec enim de solu.Bat.in l.2. §.prius de vulg.& in l.quidã de pecul.leg.

64 Amplio † secundo procedere etiam si pręDicta verba proferens cum alio loqueretur veluti si alloquens seium, diceret titius mẽtitur saluo honore suo secundum Ias.in d. l.turpia.nu.x. allegantem ad id Alber.2. pat.statutorum q. 40. quia non inspicitur (inquit) cum quo qs loquatur sed in quem uoluntatis intentio dirigatur l.eum pater §.donationis de leg.2. Bar. in l. miles ad sotorem in princ.eo. titi & Ias. in d. l.turpia.nu.8.

65 Amplio † tertio procedere etiam si talia verba proferens excusaret postea se quod non protulisset animo iniuriandi Soc.lib. 1.conf.146. vers.circa tertiam sub nu.7. & pro communi sententia Clar.ubi sup vers. queto nunc & Paris.lib.4.conf.149.nu.19 nisi talis excusatio alijs quoq; coniecturis coadiuuaretur old.conf.53.nu.3.& p cōmuni sententia Soc.lib.1.conf.118.nu.5.

Amplio

66 Amplio quarto† procedere etiam si mentitis vtatur his uerbis, nō dicis uerum saluo honore tuo, uel alijs uerbis æquipollētib⁹ uerbo mētiris Soc.lu.li.3.cōs.103.nu.xj.quia nil refert quādex æquipollētib⁹ fiat.l.si mater.C.de institu.l.gallus.§.&quid si tantū de lib.& post. cum æquipollentium eadem sit disciplina l.fin.in fi.ff.mand.l.fideico.§.sicut deleg.3. c. 1 his.extra deuer.signi.glo.&doc.in c.tua de cōsang.& affi.Euer.in cētu.in loco ab æquipol.in prin.unde alias dicitur quod licet in iuria in cortice non demonstretur, quomo docūq; tamē appareat, operatur effectū suū Soc.lib.1.cōs.6.Neui.lib.4.Syl.nup.nu.76. Moro.de fide.treu.& pa.c.163.nu.x.

67 Limito† etiam primo nō procedere quādo uerba, mentiris saluo honore tuo uel æquipollētia essent iocose & nugatoriæ seu tripudiando prolata quia sicut huiusmodi uerba in cōtractibus non inducunt obligationem.l.3.§.fin.ȷ.de act.&ob.in ultimis uolūtatibus nō inducunt dispositionem.l.diuus de milite.&.§.plane insti. eo.& l. fin. detestam. ita nec in maleficicijs inducunt iniuriam l.itē apud labeo.§.meminisse uers.neq; enim de iniur. ualet enim argumentum a contractibus ad maleficia & e contra exquo pariter cantur a iure.l. omnem. supra de iud.auth. qua in prouincia.C.vbi de crim.agi opor. & c.fin.extra.de fo. compe.& per Euer. in centu.in loco a contra. ad nelicta in prin. idcirco prædicta uerba ut supra prolata nō inducunt iniuriam ex quo proferens uerisimiliter animum iniuriandi non habuisse censetur glo. in l.1.ver.percuserit.ȷ. de Sicar.in l. qui iniuriæ in prin.de furt.& in l. quod reipub.ȷ.de iniur.& in l.sicut C.de lib.e.causa & deniq; nihil operantur .c. cum venissent extra de institu .§. plane.insti. de mi.te.Paris.lib.4.cons.59.nu.5.

68 Limito† secūdo nō procedere quādo huiusmodi uerba proferens.uerum diceret, quia licet eo casu aduersarium mentiatur, tamē non iniuriatur exquo ei ueritatem dicit & obijcit. Abb.in c.cum te.extra de te.iud.Bar. & Ang. in l. quæ omnia supra de procu. Ant. Rube. ubi supra Oldra. cons.53.con sueuit nu.3.Bal.lib.1.cons.45.ftat. papię. Gram. dec.37.nu.2. Capi.decis. 58. nu.3. Alcia.respon.248.nu.3.Menoc.ubi supra. nu.x. Quod intelligitur procedere in his delictis obiectis quorum detectio ad ius seu rempub. dicitur pertinere. Bar.in l. eū qui nocentem in prin. infra de poen. Alex. pro cōmuni sententia in l.3.in prin. nu. 6. de lib.& post. Tolet.lib. cōmun. opin.ver. actione nu.28.Clar. in d.§. iniuria ver.itē quero nunquid col.pen.

69 Limito† tertio non procedere quando ea verba proferuntur ab aliquo iniuriandi alium incapace ueluti a furioso aut impubere non dum doli capace ut in.l.illud §. 1.ȷ.de iniur.in his enim nec culpa est l.1.et d.& si quemcunq;.§.igitur &.§.si magister in pra ad leg. aquil. nec uoluntas quę potissimū in delictis attēdi l.ueru .ȷ. de furt. & l.diuus.ȷ.ad leg.Cor.de siccar.nec cōsequēter iniuria ad no.pglo.i l.1.C.siq.simp.maledi.& p Rui.lib.5.cons.145.nu.15.&Grā. d.dec.37.nu.9.& Burs.lib.1.cōs.94.nu.18. prout nec punibile mendacium glo. in l. de ętate §.si cum esset de interrog.ac.Grat. lib.1.cons.93.nu.43.

70 Limito† quarto nō procedere quādo eavet ba proferēs probare posset se non animo iniuriādi protulisse quia tūc aduersario ex eis nō esset illata iniuria & sic nec esset mentitus. ar.l.si nō conuitij in prin.C.de iniur. & per Oldra. in d.cōs.53.nu.3. Soc. pro cōmuni li. 1.cons.118.nu.5.in fi.uolūtas enim & propositum maleficia distinguūt.l.qui iniurię. de furt.l.quod reipub.de iniur.l.1.C.de Sic car.& l.1.§.diuus .ff.eo.&. c. significasti 2. extra de homi. Hinc. † Saly.in l.de tutela.

71 C.de in inte.resti.mi.inquit per illū tex. quod ex prolatione horum uerborum, tu dicis fallum, non infertur iniuria, quia non intelligitur quod ex certa sciētia & sic dolose sint prolata.sequitur & commendat Ias. in l.3.nu.6.de lib.& post.cesentur enim ma gis dicta animo iuris sui conseruandi quā alterius iniuriandi secundum Oldr.d.cons. 53.consueuit dubitari col.fi.Mars.cons.51 licet nu. 34.Quod & mihi quoq; probatur quando saltem ex contecturis posset apparere proferentem non habuisse animum iniuriandi quia alias verba sui natura iniuriosa in dubio per iniuriam prolata censentur Saly in d. l. si non conuitij per illum tex.in sūmario.in l.1.C.de Siccar.in l.3.ff. de iniur.& pro com muni omnium sententia Paris. lib.4.cōs.149.nu.19.& quod scribit Gundissal. tract. de hęreti. q. 1. nu. 8.& Soc.lib.1.cōs.46.sub nu.7.& Clar.§. sent.§.iniuriam vet. quęro nūc an ille &c. & vers.seqq.

SVMMA RERVM CAPITA.

1 *Dos soluto matrimonio ad huc proprie dicitur.*
Rubricæ ad indicandum & habentes orationē perfectam etiam ad disponendū sunt institutæ.
2 *Dos nullo præcedente matrimonio proprie non est & nu.57.*
3 *Intell.l.3. supra de iu.dot.& nu.seq.*
Nega ina præposita verbo potest omnem ab negat potentiam
Verbum substantiuum rei essentiam significat.
4 *Priuatio nil ponit in esse*
Verba legis ad ius referri debent & nu.6.

Paria

Paria sunt nullum extitisse matrimonium uel extitisse sed consistere non posse,
Paria sunt non esse uel esse & non apparere,
5 *Tale per relationem, non dicitur proprie tale.*
6 *Verba in tempore præsenti prolata intelliguntur ipso iure*
7 *Ex generalitate uerborum omnia cõprahẽduntur licet maior ratio sit in uno casu quam in alio*
Ex geminatione cõprahenduntur ea quæ alias non comprahenderentur.
8 *Intell. l. lex iulia supra de fun. dot. & nu. seqq.*
Factum per plenıorem interpretationẽ dicitur per subauditos intell. factum.
9 *Lex non debet esse de Indubitabili casu aut seruire de uento.*
10 *Interpretatio quãdoq; pro declaratione ponitur & ad iuris effectũ nõ uerborũ signi fica. refertur*
Verba ad uerum intell. potiusquã ad corticem uerborum sunt intelligenda
Declarans nil noui facit
11 *Sensum magis quam uerba amplecti debemus.*
Legis uirtus est realiter determinare, non uerbaliter disputare
12 *fundus dot. differt a dote, specie & substantia.*
Decla. ut ibi.
13 *Intell. l. si sponsa. supra de iu. dot. & nu. seqq.*
Exemplum pro similitudine ponitur, & pro exemplo nu. 14. & seqq.
Vnũ determinabile nõ potest aliud determinare
14 *Exempla declarant, & nil noui faciunt.*
15 *Lex duos habens intell. ad decisionem allegari non potest Et æquiuoca probatio non releuat probantem.*
17 *Intell. l. in potestate supra de spons, & nu. seqq.*
18 *Verba legis cum effectu intelligi, & ad possibilem iuris effectum referri debent*
Vet. efficio. intelligitur cum effectu facio.
19 *Causa & causatum differunt.*
20 *Essentia per diffinitionem quid rei deducitur, significatio per defini. quid nominis habetur*
21 *Intell. l. j. co. & l. 2. supra de iu. dot. & nu. seq.*
22 *Dos destinata large dos dicitur.*
23 *Tale gratia melioris intelligentiæ non dicitur proprie tale, sicut nec secundum quid tale*
25 *Intell. l. 2. §. fi. cum ll. seq. de priui. cred. & nu. se.*
27 *Priuilegium conceditur mulieri ut facilius nubere possit*
28 *Tale anabolicon est improprie tale.*
29 *Intell. l. si cum dotem. § fin. j. co. & nu. seqq.*
30 *Dict. quasi, est nota improprietatis, & quandoq; etiam proprietatis.*
31 *Fictio idem operatur in casu ficto quod ueritas in casu uero.*
32 *Dubium de uno alia supponit habilia,*
33 *Causa debet præcedere causatum. Decla. nu. 36.*
Dos est causa quod homines ad matrimonia contrahenda incitentur Decla. nu. 36.
34 *Matrimonium est causa finalis dotis.*
35 *Maritus nõ dicitur ante contractũ matrimoniũ.*
37 *Intell. l. 1. in fi. j. pro dote.*

Intell. l. plerumq; §. si ante. de iu. do.
Ver. intelligitur in his quæ iuris sunt proprietatem denotat,
38 *Dos præcedente matrimonio a lege reprobato proprie non dicitur,*
39 *Dos præcedente matrimonio ab una partium inualido proprie non est*
Matrimonium cum suis appenditijs est quoddã totum integrale & indiuiduum.
40 *Dos præcedentibus solis sponsalibus de futuro proprie non dicitur*
41 *Dos stricte & large sumitur*
Dos large absq; matrimonio eiusq; oneribus cõsiderari potest.
42 *Dotis nomen effectuatum non est ubi matrimonium non est.*
Nudum nomen solum non arguit iuris effectũ
43 *Dos sine matrimonio in præteritum, aut in præsens uel futurum proprie non est.*
44 *Dos ex communi usu loquendi proprie dicitur etiam ubi non est matrimonium.*
45 *Dos destinatiue aut relatiue dicitur etiam ubi non est nomen matrimonij*
Lata significatio non est impropria
46 *Dos quoad nudam denominationẽ factam gratia melioris intelligentiæ dicitur etiam sine matrimonio*
57 *Statutum de dote loquens non procedit matrimonio non præcedente uel existente*
Nisi communis usus loq. suaderet contrarium
48 *Communis usus loq. etiam in statutis præfertur proprietati uerborum*

QVAESTIO SECVNDA

1 EX uerbis huius rub notãt Paul. Castr. Aret. Ias. & scrib. dotẽ soluto matrimonio ad huc proprie dici ut hic. & in rub. Co. & in l. 2. in prin. & in l. si ab hostibus. & in l. si cum dotem & per tot. fere tit. j. co. Nec obst. quod alias dici solet rubricas ad indicandum non ad disponendum inductas fuisse glo. in rub. C. no lice. ecr. prouo. Fab. in insti. de act. in rub. Dec. in rub. extra de consti. in prima lectu. ad fin. Alex. lib. 3. cons. 82. nu. 20. cum rubrica sit index contenta in nigro demonstrans secundum Bar. in l. fin. in princ. supra de cond. inde. Alcia. in l. 1. in prin. si cer. pet. Soc. Iun. in rub. j. de acq. poss. nu. 25. Io. anni. hic nu. 342. quoniam respondetur illud non procedere quando rubrica habet orationem perfectam quia tunc etiam dispositionem inducit ut in rub. C. ne fideiuss. dot. don. & in auct. ut nulli. iudic. agrico.

agrico.& in rub, supra nequis eũ.& in rub. sup̃ quod quisq; iur.& ĩ rub. extra ne eccle sia. benefi.& in rub. extra ne Sede Vacan. ubi etiam Abb. Dec. & doc. in d.l.1.si cer. pet. Alex.lib.2.cons.190.nu.3.& lib.7.cõs. 6.nu.2. cum concor. per Nicon. in rub.C. de eden.in prin.& pro communi sententia Dec.in d.rub.ex.de cõsti.lect.1.nu.50. ꝓut est hęc rub.nostra quoad indiuiduũ de quo agimus, quę ꝑfecte & ꝓ absoluto ponit ma trimonium tempore petitionis dotis esse solutum & sic habet in hoc orationem perfectam iux.not.in l.1.de orig.iur. in l. pen. in fin.C.ad Sylla.in .l.rei.1.§.operę & in l. edificia.§.persecisse de ver.sig.Bar.in .l.2. nu.4.C.quę sit lon.consue.Bal.in l.quoties col.2.C.de suis & legi.Paris.lib.2.cõs. 19. nu.188.Rol.lib.2.cõs.43.nu.15.merito&c.

2 Sed † altius aliquantulum cum scriben. exordiendo materiam, tria tempora in hoc sunt consideranda primum ante contractũ matrimonium, secundum constante matrimonio, tertium soluto matrimonio.

Quoad primum Quęro an nullo precedẽte uel existente matrimonio dicatur proprie dos? adeo ut statutum de dote loquẽs uel alię dispositiones proprie & stricte intelligendę etiam in ea locum sibi uẽdicare dicatur

In quo quidem articulo duę sunt & contrarię scrib. sententię primã.n. & negatiuã ac communem tenuerunt hic Paul. Castr. in prin.Ruyn.nu.2.Crot.4.Soc.5.visita.6. Paris.22.Alex. 23. Alcia.25. Io: anni. 29. & seq.Saluio.42.& seq.Soc.Iuni.par.1.nu. 22. Ripa de communi attestans nu. 68. & Io:Toleta. pariter pro communi sententia lib.cõmunium.opin.ver.dos.nu.160.

3 Probatur primo † horum sententia in.l. 3.supra de iu.dot.ubi dotis appellatio nõ refertur ad matrimonia quę consistere nõ possunt, quia dos sine matrimonio esse nõ potest: hic prout presuponitur non est matrimonium, ut pote nunquam contractum merito nec dos. Stringit põderãdo negatiuã prepositã verbo potest quę õnimodam abnegat potentiã & sic ꝙ nullo modo ubi non est matrimonium dos esse possit glo. & doc. in .c.1.de reg.iur. lib.6.Bar.& doc. in.l. gallus in prin. de lib. & posth. & in l. cũ lex.j.de fideiuss.Bal.in.l.1.C. qui admit ti.Alex.in l.stipulatio ista.§.alteri.j.de uer. ob.Io anni in .l.post contractum nu.230.j. de dona. Item ponderando illum tex. in finalibus verbis, ibi ubicũq; igitur matrimonij nomen non est ibi nec dos est; nam si non est nomen matrimonij ergo nec eius effectus, quia priuatio nominis priuationẽ effectus inducit .l.a nullo .C.de ferijs. glo. in c.admonere.33. q. 2. Paris. hic nu. 17. dos autem est sequela effectusq; matrimonij.l.fin.§.sicut.C.de dona. ante nup. ideo ubi non est matrimonium ibi nec dos esse potest. Postremo ponderando ibi nec dos est, nam verbum substantiuũ rei essentiam significat.Bar.i .l.si maritus.§.legis de adulte.Ias.in l.2.nu.5.&.in .l.serui electione.§. labeo.nu.25.& in .l.seruum filij.§.si quis rẽ nu.3. de leg. 1. exquo sequitur quod ubi non est matrimonium ibi nec essentia dotis est. Bal.lib.2. cons. 136.nu.3.ergo ante contractum matrimonium & nullo existente matrimonio nulla dos est.

4 Et si † disputãdo diceretur in eo tex. supponi precessisse matrimoniũ sed inualidũ de facto fuisse ut patet ex illis uerbis, quæ consistere non possunt, quę quidem uerba non verificantur quando nullum prorsus de facto adfuit matrimonium quia tunc non dicitur matrimonium consistere non posse exquo priuatio nil ponit inesse secũdum philos.3.& 4.phisico.Bal.in l.2.C. de de cond.inser.& propterea nõ entium nullę sunt qualitates.l.pen. supra si cer.pet.l. 1.supra de hęr.uel ac.ven.l.4.§.fin. de act. emp.& l.fin.j.de colla.bon.

Posset replicari quod legislatores respõdent de iure & non de facto & propterea uerba legis ad ius referri debent ut in .l. eumquem temere .§. 1. supra de iudi. & in Insti.de testam.in prin.& de iure paria sunt nullum prorsus extitisse matrimonium uel extitisse sed de iure consistere non potuisse & sic inutile esse.l. quam uis .§.si conuenerit.ad velleia.§.pen.Insti.de nup.glos. in.l. fin.C.ad leg.fla. de plag.doc.in c.inter corporalia.§.sicut per illum tex.extra de transla.epi.sicut pariá quoq; sunt non esse uel esse & non apparere. l. in lege & .l. rutilia polla supra de contrahen.emp.l.quoties supra qui sat.cog.& l.quod pupillę infra quãdo dies leg.ced.uel esse sed sine effectu.l.2. .§.adoptiui.ver.sed. si sint infra ad tertul. immo si quando matrimonium est sed inualidum dos non est, a fortiori quando nullum omnino intercessit matrimonium dos nullo modo esse debet arg. no. in .l.vni.C. de rei vxo.act.& in.c.cũ ĩ cũctis de electio.

5 Verum huic motiuo † responderi potest primo quod ibi dos non consideratur simpliciter, per se, & absolute, sed occasionaliter & relatiue ad ipsum matrimoniũ qa ibi quęrebatur ad quę matrimonia dos esset referenda, & tex. dicit quod dotis appellatio nõ referẽ ad ea matrimonia &c. & sic nõ simpliciter prout nos loquimur, Et a secundum quid ad simpliciter tale non licet arguere, Gammar.lib.3.dial.lega.cap. de vitio secundum quid.in prin.& illud ꝙ relatiue est tale non dicitur proprie tale.l.

item prętor infra de suis & legiti.si ergo ibi dos ponitur occasionaliter, & relatiue ad matrimonium ni mirū si absq; eo ibi esse non potest ad not.in .§. conceptum Insti. de oblig.quæ ex delic.& in c.cum ex officij extra de prescrip.

6 Secundo responderi potest † tex. ibi in prin.loqui quando matrimonium non est de iure ualidum ut puta quia inter prohibitos contrahere defacto celebratum ...o casu nec ullum habet iuris effectum ut in .§.ergo.in fi.o.§.pen.Insti.de nup.dicit .n. dotis appellatio non refertur ad ea matrimonia quæ consistere non possunt, scilicet de iure,ad not.in d.l.eum quem temere .§. .i .verba enim in tempore pręsenti prolata intelliguntur ipso iure. Bar. in .l. iubemus .§.sane.nu.12.C.de sacros. ecc.las.in auth. ex causa nu.16.C.de lib.prete.Roma.sing. 510.fuit. Cremens.sing.7.tu scis. sely. late in c.rodulphus.nu.24.& seq.de rescrip.nos autem loquimur de dote absolute &non ali cuius respectu sumpta merito &c.

7 Tertio etiā potest responderi illum tex. in secunda parte intelligi de matrimonio contracto uel contrahendo tū propter generalitatem illorum uerborum, neq; enim dos sine matrimonio esse potest,ex qua om nia comprębenduntur licet maior ratio sit in uno quam in alio.l.1.§. quod autem de aleę Insu.per Soc.in.l.2.§.ex his in prin.de de ver.ob.Dec.in rub.si cer.pet.lect.2.col. 3.& in cons.5.nu.2.tum etiam propter geminationem orationis sępius de dote sine matrimonio non existente loquentis,ut ibi neq; enim.& ibi ubicunq; igitur &c.ad no. in l.balista.ad treb.& in l.si mulier ad velleia. ex qua comprehenduntur etiā ea quę alias non comprehenderentur .l.prospexit infra qui & a quibus.l. fi. de mi.te.Io.anni. in l.post contractum nu.221.infra de don. & intellectum Iurium ueritati cōiunguntur Bal.in prima constitu. digestorum col.4. & in l.1.in fin.supra quod quisq; iur.Paris. lib.4.cōs.38.n.8. Ad illud autē q̄ negatiua pposita ver.potest,omnē abneget potētiam potest etiam disputando respondere non esse generaliter & indistincte uerum,& con trarium probari in.l.pater.C. de pact. con uen.ubi dicitur quod non potuit pater paciscendo neporibus dotem restitui eis actionem quęrere,& tamē inferius subijcit utilē actionem illis cōpetere,& in.l. obligari.ff. de auth. tu.vbi pupillus ex contractu obligari nō potest,& tamē pupillus ex cōtractu naturaliter obligat.l. si pupillus .ff. ad leg. falci. &.l.1.j. de noua. & ad idem facit etiā tex.i .l.stipulatio ista.§.alteri de ver.ob.ubi alteri stipulari nemo potest, & tamē aliqui sūt casus i quibus alteri stipulari possumus.

glo.& doc. in.§.alteri.Inst.de inuti.sti.&ex his & alijs ita tenet Roma.in d.l.stipulatio ista.§.alteri nu.12.de ver.ob.& Coras.in.l. .1.in prin.eo.tit. Nisi concordando opiniones dixerimus primā& communē sententiā pcedere quādo abnegatur potētia ratione formę, secus quādo ratione personæ,ut sub tiliter deducit Garg.in rep.l.gallus in prin. nu.38.& seq.j.de lib.& po.

8 Probatur secundo † in l.lex iulia supra de fun. dot.ubi lex iulia prohibens marito obligationem alienationemq; fundi dota lis est plenius interpretanda ut ad spōsum quoq; trahatur ; illud autem quod fit per pleniorem interpretationem dicitur per subauditos intellectus & improprie fieri. Bar.in l.omnes populi nu.57. de iust. & iu. doc.in.c.cupientes de elect. lib.6.ergo lex iulia loqens de fundo dotali in tempore quo nullum adhuc est contractum matrimonium non proprie militat sed per interpretationem & extensionem & sic fundi do talis seu dotis appellatio proprie cōtracto matrimonio intelligitur & improprie ante contractum matrimonium, quia quod de uno tempore dicitur de alio denegatur Bal.in l.si unus §.1.supra de pact. & in l. 2. nu.5.C.de libe.prę.Bar.in l. imperator supra de postu.cum concor.per Tiraq. de retra conuen.§.r.glo.11.nu.46.

9 Et quamuis † Ruin. hic nu.2. & Coras. in .l. qui liberos nu. 24. supra de ritu nup. respondeant ibi precisisse sponsalia quia de sponso tex. facit mentionem ideo proprie dotē dici ac priuilegia dotis habere.l. 2. infra de priui. cred. Potest nihilominus replicari quod si id ibi uerum foret,dispositio legis iulię haberet locum in sponso sicut in marito absq; eo quod fieret plenior interpretatio quia utroq; casu existeret matrimoniū cum illud consēsus (qui etiā in sponsalibus interuenit .l.4. & per totum tl.supra de sponsa.)non cōcubitus faciat.l. nuptias.de reg.iu.l.fi. i pri.C.de repud.&.§ nuptias itaq; auct.de nup.&§.illud auct.q mo.nat.effi.leg.& ideo tex.ille necessario debet intelligi in sponso destinato antesponsalia contracta,ne presertim stāte dispositione legis iulię de qua ibi i primo responso fit de indubitabili contra no. in .l. quod labeo de carb.edi. & in .l. domitius. infra de testam.aut fine effectu aliquid operandi contra not.in l.si quando de leg.1. & in l.si quando in prin.C. de inoffi.te. & sic inseruiat de uento.contra not.in l.fin.§.fin. C.de bo.quę lib.in.l.2.in fi.C. communia de lega.in.c.fin. in princ. extra de offi.de leg.& in.c. cōmissa.§.porro.de elect.in vi.

10 Cęterum † huic quoque motiuo potest disputando responderi primo quod ibi inter-

interpretatio pro declaratione ponitur quia illud nomen inter ceteras significationes etiam istam habet secundū Bar. in l. omnes populi. nu. 53. de iust. & iu. Bal. in l. 3. C. de lib. prete. Paul. Castr. in l. iā hoc iure. ff. de vulg. Fernand. in l. fin. nu. 33. C. de posthu. hęr. iusti. & sēsus est q lex iulia de fūdo dota li declarat sibi locū uēdicare etiā in spōso exponēdo verba potius ad uerū itellectū q; ad corticem uerborum ponderata ratione legis ui decla. Bal. in d. l. 3. Vercell. in l. 1. in prin. nu. 4. & seq. de orig. iur. declarans autem nihil noui facit l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testam. Crot. lib. 1. cons. 50. nu. 14. Soc. lib. 4. cons. 23. nu. 19. nisi q declaratum exponit Bal. in auten. at qui semel. col. 3. C. de proba. Curt. sen. cons. 27. nu. 24. & illud detegit sicut qui grana a spicis excutit Fulg. cons. 148. col. fin. Rol. lib. 3. cons. 15. nu. 27. merito &c.

11 Secundo † responderi potest quod ibi interpretatio refertur ad iuris effectum non, ad uim & significationem uerborum quia leges rebus non verbis esse debent imposi-tæ. l. fi. C. communia de lega. Abb. lib. 1. cons. 91. col. 2. & sensum magis quam uerba iubent amplecti. l. 3. §. conditio in fin. de adim. leg. qa legis uirtus est realiter determinare non uerbaliter disputare secundum Bal. in rub. supra de te. diuis. ad fin. & propterea tex. in d. l. lex iul ia ad fin. inquit plenius interpretanda est ut etiam de sponso idem iuris sit quod de marito, quæ uerba absq; dubio ad iuris referuntur effectū iux. no. in l. 1. §. hęc uerba. sup quod quisq; iur. iuncta. l. eum quem temere. §. 1. cum ibi not. supra de iudi.

12 Tertio etiam † potest responderi illum tex. non loqui in dote mæra simpliciter & absolute sumpta sed in fundo seu pdio dotali quod differt a dote in specie & substantia cum dos in quacunq; re in commercio nostro existente constitui possit ut patet ex eius diffinitione posita per Bar. ff. nu. 21. cum quo alij communiter transeunt, teste Alex. & Parpa. nu. 25. & Ias. 21. & Soc. lib. 1. cons. 58. lege municipali nu. 4. & nos supra in præla. dum de materiali causa dotis tractauimus nu. 31. etiam diximus, fundus autem dotalis solum in bonis stabilibus consistit absq; æstimatione datis. l. vni. §. & cū lex. C. de rei uxo. actio. glo. in rub. supra de fund. dot. rursus dos sit ius uniuersale, fūdus dotalis titulus particularis. Bar. & doc. ff. in diffin. dotis nu. 18 & seq. & pro communi sententia Alcia. nu. 16. Soc. Iuni. 20. par. 3. & Io: Bolog. nu. 200. & vaco. decl. 256. lib. 6. Et differentium rerum non idem sed diuersum est iudicium. c. nuptiarum 27. q. 1. l. fin. de calum. l. papin. exuli.

de mino. per Gammat. lib. 2. diale. lega. in in loco a differen.

13 Probatur tertio † in. l. si sponsa supra de iu. do. ubi sponsa dans dotem sponso non sequutis nuptijs inter eos habet priuilegium in cōdictione ob causam uel sine causa pro repetitione datorum ad exemplum dotis, & sic ad similitudinem dotis iuxta tradita per Bar. in extrauagan. ad reprimendum ver. prout ti. quomodo in crim. læ. ma. procce. in vsi. feu. Bal. in. l. si furiosi. C. de nup. si ad similitudinem dotis ergo non est proprie dos quia simile non est idem. l. quod nerua supra deposi. & c. capitulum sanctæ crucis de rescrip.

14 Et quamuis disputādo dici possit, illum tex. retorqueri posse ex quo in eo in utroq; casu eadē sit iuris determinatio ideo sicut dos data marito dicitur proprie dos ita dos data sponso. ar. no. in. l. iam hoc iure. de vulg. & in. l. quamuis. C. de impub. Potest etiam replicari hoc similiter procedere ex iuris dispositione quoad iuris effectum & non a ui nominis prout nos loquimur, & sic responsio bene procedere poterit respectu legis determinātis non autem respectu dotis marito datæ, quæ est vnum determinabile quod nunquam poterit aliud determinabile, quod est dos data sponso, determinare Bar. in l. pratos. 2. §. si quis adueuru. ff. de ui bon. rap. Natt. lib. 1. cons. 110. nu. 18. tanquam par in parem non habens imperium l. nam magistratus. de arbi. l. ille. a quo. §. tempestiuū ad treb. & c. innotuit extra de electio.

15 Verum † huic motiuo responderi potest primo quod uerbum illud exemplo dotis in eo tex. positum non stat similitudinarie sed exemplarie prout ver. exemplum etiā stare potest, ut in. l. exemplo. C. de proba. in l. nemo. C. de sent. & interloq. om. iud. in. c. deus omnipotens. 2. q. 1. Bar. in d. extrauagan. ad reprimendum, ver. prout, & sic proprie quia exēpla dispositionem non innouant. l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testam. nec plus conferunt no. in. l. in testamento. 1. de cond. & demon. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. Crau. cons. 6. nu. 67. Paris. lib. 2. cons. 12. nu. 127. sed solum declarant. l. pen. §. fi. de iu. & fac. igno. l. damni infecti stipulatio pertinet. in fi. de damn. infec.

16 Secundo † responderi potest quod cum verba illa exemplo dotis, stare possint similitudinarie, & exemplarie & sic inducere pro prietatem vel improprietatem respectu dotis ut ex supradictis apparet, non potest in eis fundamentum fieri tanquam duos intellectus habētia ex doctr. Bar. in l. in ābiguo. de reb. dub. & in prima sua. q. incip. lucanæ

ciuitatis, in 3. par. Alex. in l. gallus in prin. nu. 5. de lib. & posth. & tanquam ex eo equiuoca probatio & non necessario concludes eliieiatur iux. no. in l. nō hoc. C. unde legi. in l. neq; natales C. de pba. in c. in psentia extra eo. per Bar. in l. si per alium. §. docere supra nequis eum. que postea non releuat probantem l. 1. §. si quis argentum supra depos. l. fin. de preto. stu. l. inter stipulantem §. 1. ubi not. de ver. ob. glo. in c. cum tu extra de testi. Bar. in l. celsus nu. 23. & seq. infra de usuca. cum paria sint in iure non probare uel obscure pbate. l. sed & si pupillus. §. proscribere supra de instito. l. non intelligitur in prin. & l. ita fidei. de iure fi. & l. titia textores §. fi. de leg. 1. per Tiraq. de retra. cons. §. 36. glo. 2. nu. 35.

16 Tertio etiam responderi potest † quod ibi est similitudo quoad priuilegiū condictionis que pari sotimiter utroq; casu cōpetit, identitas autem est quoad nomen quia simile est quod idem est inquit glos. in l. qui liberis in prin. ver. similem infra de vulg. Et suadetur hæc responsio ex eo quia ibi principaliter agitur de conditione competente danti dotem pro oneribus matrimonij nuptijs non sequutis; ideo hoc principaliter debet attendi ad no. in l. siqs nec causam si cer. pet. in l. quæritur de sta. homi. & cetera omnia supponi debent habilia iux. not. in l. qui testamento j. de testā. in l. scilendum j. manu. testa. in c. 1. de eta. & quali. lib. 6. & per Dec. in rub. C. qui admitti. lect. 1. nu. 15. vercell. in l. unum nu. 3. si cer. pet.

17 Probatur † quarto & ultimo in l. in potestate supra de sponsa. ubi pater non potest sponsalia filię emancipatę dirimere quia ipsa nubendo scilicet sit e uoluntate patris efficiet dotē esse & cōditionem extinguet, & sic ita demum efficitur dos si mulier nubit & consequenter matrimonium inter cedit, uerbum enim nubendo, in ablatiuo absoluto positum resoluitur in conditionem & exponitur. 1. si filia nupserit ad not. in l. ab emptione de pac. in l. a testatore de cōd. & de. in l. euictis. de euict. in l. stico de statu lib. & in l. acceptis ad leg. fal. & supra in prima quęst. diximus, quę quidem conditio ante eius purificationem nil ponit in esse & sic antequā nubat neq; matrimoniū neq; dotem supponit adesse. l. siquis sub conditione intra si quis omiss. ca. te. & l. cedere diem de uer. sig. & §. ex cōditionali. insti. de ver. ob.

18 Sed huic † quoq; motiuo respondetur primo quod illa verba tex. efficiet dotē esse intelligi debent scilicet cum iuris effectu quia filia nubendo efficiet dotem pro oneribus matrimonij constitutam, dotem esse, hoc est apud uirum suum permanere, adeo ut ex eius fructibus onera matrimonij secundum iuris ordinationem subire ualebit ar. l. dotis fructus supra de iu. dot. & l. pro oneribus C. eo. & id ex eo quia uerba legis ad intellectum iuris referri debent l. 1. C. de fruct. l. & li. expens. & illum quidem possibilem l. fin. C. de contrahen. & cōmittē. stip. & l. stipulatio ista. §. hi qui sunt infra de ver. ob. & cū effectu intelligi. l. 1. §. hęc uerba supra quod quisq; iur. & quia verbū efficere sui natura significat cum effectu facere secundum Grāmaticos, ut apud Terentiū in andri. ibi quid est q̄ tibi mea ars efficere hoc possit amplius, & ubi uerborum conuenit proprietas ibi cōuenit ire: quoq; debet dispositio l. 4. §. toties de dān. infe. c. ex parte de concess. pręben. a qua quidem verborum proprietate in dubio non est recedendum. l. non aliter in prin. de leg. 3. l. 1. §. si is qui nauem de exercito. & l. 3. §. hæc uerba cum ibi not. de neg. ge. per Dec. cons. 412 col. 1. & cons. 412 nu. 3.

19 Secundo † respondetur quod ideo ibi ante contractum matrimoniū non est proprie dos quia fuit aliquid ex uoluntate uel conuentione partium datum ex causa dotis p matrimonio in futurum contrahendo spōso destinato sub ea tacita legali conditione si nuptię sequętur ut in l. licet & in l. plerúq; §. si ante. & in l. in reb' §. 1. & in l. stipulationē supra de in. dot. ex quo sequitur āte purificatam conditionem dotem non proprie dici cum conditio nil ponat in esse d. l. si quis sub conditione. & §. ex conditionali. Inst. de verb. ob. & aliud ac diuersum sit aliquid ex causa dotis dare uel dotem ipsam constituere secundum Bar. j. in diffinitione dotis cum quo cęteri communiter tenent teste saluio. nu. 133. cum pręsertim primum ad causam, secundum ad causatum referatur inter quæ longa est differentia ut no. in l. si quæramus j. de testa. in l. pen. supra quæ res pign. oblig. poss. in l. quod per manus. de iu. eod. & in c. 1. §. hoc autē qui feu. dare poss. in vsi. feu. Et ideo tex. in d. l. in potestate, iure optimo dicit, neq; quę causa dotis data sunt condicere, quæ uerba non ad dotem constituendam sed ad data ex causa dotis referuntur ut supra.

20 Tertio & ultimo † etiam respondetur illum tex. loqui de essentia dotis quę per diffinitionem quid rei deducitur glo. & doc. in l. omnis diffinitio de reg. iur. Bal. in rub. C. qui admitti col. 1. & in l. maximum uitiū col. 2. C. de lib. prete. Aret. cons. 5. col. 2. & nos latius ī tract. de pri. paup. q. 1. diximus; hic autē loquimur de significatione seu de nominatione dotis quæ per diffinitionem qd nominis habetur ut tradit Aristo. 1. de

anima

anima tex.xi.& facit tex. in l.1.in prin. ſupra de iuſt.& iur.& in l.1.in prin.cum utrobiq;not.ſupra ſi cer.pet.& ſic ſumus in diuerſis, exquibus non ſit illatio l. papin.exuli. de inino.l.fin. de calum.& .l.naturaliter §.nihil commune de acq.poſſ.

Contrariam & affirmatiuam ſententiã tenuerũt hic Ias.in prima lect.nu.14.Bulg. 20.Mõter.6. Nicõ.131.& ante eos Roge.ĩ rub.j.de dote pręleg.dũ dixit quod pręlegatum dotis eſt quando ante tẽpus dos capitur quod eſt quando ante matrimonium dos accipitur,quo etiã tempore dotis prælegatum eſt ſicut in pręlegato hęredi facto proſequitur Roge.ibi

21 Probatur hæc opin.† primo per tex. in l. 1.j.eo.ubi dotis cauſa dicitur perpetua & ad rempub. pertinere .dotes mulieribus cõſeruari.& in l.2.ſupra de iu.dot.ubi reipub. intereſt mulieres dotes ſuas ſaluas habere propter quas nubere poſſint & in rub.C.de dot. promiſſ. & de iure dot & ſupra eo. tit. de iu.do.& de pac.dot.& .j.de dote prælег. & in l.2.§.poſt hos.C.de uet.iu.enu.& in l. pactum quod dotali.C.de pac.& i l. in poteſtate ibi uel contractis uel non contractis ſupra de ſpõſa.& in .l.ideoq; ſ.de ritu nup. & ſimilibus in quibus fit mẽtio dotis abſq; eo,quod pręcedat aut adſit matrimonium, quo fit ut etiam nullo matrimonio contracto dos dicatur & conſideretur in iure.

22 Sed defendendo communem ſententiam reſponderi poteſt primo quod in dictis locis dos dicitur large ratione deſtinationis quę fit pro matrimonio contrahendo ut in d.l.1.ibi cum dotatas eſſe feminas ad ſobolem procreandam &c.quæ uerba ad matrimonium contrahendum referuntur, ut ſano modo intelligantur glo.in l. proſpexit. j.qui & a qbus.& in d.l.2.ibi propter quas nubere poſſint &c.& ea quę per deſtinationem dicuntur talia non ſunt proprie talia. l.cętera.§. ſed & ſi parauerit & ibi Ias. not. de leg. 1.fely.in c.cũ adeo nu.4. de reſcrip. Saluo. hic nu.43.

23 Secundo † reſponderi poteſt quod ſupra allegata procedunt nõ quia ſine matrimonio dos ꝓprie ſit, ſed gratia melioris intelligentię ut in ſimili dicitur in l.inſula in fi. de acq.re.do.& quãdo aliquid dicitur gratia melioris intelligentiæ non concluditur propter eſſe, quia qualificatiue & ſecundũ quid tale non dicitur proprie tale Bar. in l. hoc legatum de leg.3.Bal.in l.pen.C.quo modo & quando Iud.& pro regula Ias.in l. 1.col.1.ſupra ſi ex noxa.cauſa aga.

24 Tertio etiã reſponderi poteſt † q cõpilatores & legiſlatores in ſupradictis locis reſpexerunt,& cõſiderarunt matrimoniũ ſaltẽ in genere dũ cauſas fauoris dotis expri-mẽtes de potẽtia nubẽdi & de ꝓcreatione ſobolis,& replẽda ciuitate(qui effectus matrimonij ſunt) meminerunt in d.l.1.j.eo. & in d.l.2.de iu.dot.& dum de iure dot. de pact.dot.de dot. ꝓmiſſ.& de dote ꝓlega.loquuti fuere ſubiectum habile ſuppoſuerũt exquo in eis de qualitatibus dotem reſpicientibus tractarunt quæ quidem qualitates ſine ſubiecto eſſe non poſſunt.l.pen. ſupra ſi cer.pet.l.fin.j.de colla.bon. ideo dotem eſſe uere prout eſſe poteſt intellexerunt.

25 Probatur † ſecundo per tex.in l.2.§. fin. cum ll.ſeqq.j.de priuil.cred. ubi ſi ſponſa quæ dotem dedit, uel minor xij annis nuptijs renunciauerint habent priuilegium ꝓlationis & condictionem quia intereſt reipub.ut minor adueniente ętate nubere poſſit & ęquum eſt ſponſam ad priuilegium admitti licet nullum ſequutum ſit matrimonium;& ſic dos etiam ubi nullum eſt matrimonium habet priuilegia dotis,ergo proprie dos eſt,per argum.ab effectu. iux. not. in l.rem non nouam C.de iudi.in l.non codicillum.C. de teſta.in.§.illud uero in proem.digeſtorum & in.§.1.in proem.inſti.

26 Verum † huic motiuo reſponderur primo quod ibi pręceſſerunt ſponſalia licet matrimonium non fuerit conſumatum,ut patet ex ver.ſponſa.l. 1.& ſeqq. ſupra de ſponſa.& ex uer. nuptijs renunciatum eſt, quia priuatio ſupponit habitum ut l. decẽ de uer. ob.l. iulianus. de repud.c. quod uero non formatum 32.q.2.& c.ad diſſoluendum extra deſpons. impub.& per Euer. in cent.in loco.a priua.ad habi.

27 Secundo reſpondetur † ibi ſpeciale eſſe priuilegiumq;ac cõditionẽ concedi ut mulieres facilius nubere poſſint,ut ibidẽ & in l.3.& ſeq.eo.tit.& in l.1.j.eo.& per Soc.hic nu.3. ideoq; in contrarium ius commune eſſe,l.ius ſingulare. de legi.& inducta ad unum finem non debent alium effectum operari.l. legata inutiliter de adim. leg.l.q fauore.C. de legi. & ſiforte dicatur ſpecialitatem cõſiſtere in legis diſpoſitione nõ in uerborum cõceptione, poteſt replicari etiã in uerborum conceptione procedere ne illius legis continentia diuidatur,contra no. in l.nulli.C.de iud.diuerſoq; iu recenſeatur contra no.in l.eum qui ędes de uſuca.& ne aliud dicatur in referente quam in relato contra not.in l.aſſe toto.de hæt.inſti.in l. ſi ita ſcripſero.de cõd.& demon.per Ias. in l. marcellus nu.24. ad trebel. & Cur. Iuni. conſ.92.nu.8.

28 Tertio etiam reſpondetur † tex. ibi loq Anatholicon. 1.relatiue ad matrimonium & ſic improprie.l. item pętor .j. de ſuis & legi. & patet hoc ibi, nuptijs renunciatum eſt. & ubi licet matrimonium nullum ſequ-

utum

utum sit. & ibi ut ętate permittēte nubere possit, & ibi dabimusq; ex his causis priuilegiū. in quibus locis omnibus ad matrimonium relatio & respectus habetur, ideoq; relatum in referente est. l. asse toto de hęr. in sti. l. si ita scripsero de cond. & de.

29 Probatur † tertio in. l. si cum dotem. §. fi. .j. eo. ubi mulier ingenua nubens erronee & ignoranter seruo habet priuilegium pręlationis & condictionis etiam cōtra parronum in rebus quę ex dote sunt uel emptis cū pecunia dotali quasi hę res dotales sint & sic ibi dos appellatur ubi nullum fuit matrimonium quia cum seruis cōtubernium est non matrimonium. l. serui. C. de adulte. glo. in rub. supra de ti. nup.

30 Sed responderi potest † primo retorquendo tex. ibi quasi priuilegium. & ibi quasi hę dotales sint, nam dictio quasi, est improprietatis nota. doc. in l. si ante. .j. eo. in. l. infacto. de cond. & de. Bar. in. l. hoc colore. supra de inoffi. te. & in l. diuortio. §. si fundum. .j. eo. Dec. cons. 539. nu. 11. Nicon. hic nu. 35. Et licet quandoq; sit ueritatis expressiua Bar. in l. si rixa. .j. de siccar. glo. & doc. in d. l. si ante. illud tamen procedit quando in aliqua dispositione ponitur p modum causæ, quod non est in d. §. fin. ut notan. tradit bal. in l. qui Romæ. §. duo fratres col. fi. de ver. ob. Ias. in. l. re coniuncti. nu. 93. de leg. 3. & hic Saluio. nu. 108.

31 Secundo † responderi potest quod ibi fuit matrimonium putatiuum quia mulier putabat uerū matrimonium esse secundū Bar. ibi, & patet ex illis uerbis putauerit q; esse liberum. quod idem operari debet in casu suo quod uerū in casu uero, sicut fictio idem operatur in casu ficto quod ueritas in uero glo. & doc. in l. filio. de lib. & post. Ias. in .l. si is qui proęptore nu. 26. .j. de Vsuca. Soc. Iun. lib. 3. cons. 39. nu. 45. immo in his quæ in animo consistunt plus ualet quod est in opinione quam quod est in ueritate. l. is qui putat. .j. de acq. hę. per quam ita dixit glos. in. §. si quis rem suam insti. de lega.

32 Tertio etiam respōderi potest † ibi principaliter agi de condictione & prælatione ac determinari tali mulieri p repetitione suæ dotis competere. & pro claro & solido nomen dotis poni, exquo dubium de vno cætera supponit habilia. l. qui testamento. de testam. c. t. de æta. & quali. lib. 6. Dec. in c. quæ in ecclesiarum nu. 2. de constitu. & in rub. C. qui admi. l. lect. t. nu. 15. Vercell. in l. uinum nu. 3. si cer. pet. idq; gratia melioris intelligentiæ fieri arg. no. in l. insula. in fin. de acq. re. do. ideoq; in hac. q. allegari non posse, quia qualitas principalis debet attendi. l. si quis nec causam si cer. pet. Dec. in l. 2. in prin. in utraq; lect. eo. tit.

33 Probatur quarto & ultimo † ex diffinitione dotis de qua p Bar. .j. nu. 21. quā docto. communiter approbant ut testatur Ias. nu. 21. & Parp. & Alex. 25. dum in diffinitione habentur ea uerba. ppter onera matrimonij, inducendo quod causa debet pręcedere causatum. l. si quæramus de testa. l. 1. de excep. do. l. pē. supra quæ res pigno. ob. pos. causatum. n. secundum suam causam determinatur. l. ita autem in prin. de admi. tu. l. cum pater. §. dulcissimis de leg. 2. sed dos est causa quamobrem matrimonia contrahantur. c. de prudētia. ibi quæ est causa incidens extra de dona. int. ui. & uxo. quia per eam homines ad contrahendum matrimonium incitantur & facilius condescendunt l. 1. .j. eo. l. 3. & seq. infra de priui. cre. deseruit enim propter onera matrimonij, ut in diffinitione Bar. quia maritus ex fructibus dotis alit vxorem & familiam & sic cum ea subit onera matrimonij. l. dotis fructus sup de iu. do. l. pro oneribus. C. eo. ergo dos est etiam antequam matrimonia contrahātur

34 Sed responderi potest † primo retorquēdo quia immo matrimoniū est causa finalis dotis secundum Paul. Castrē. lib. 1. cō si 149. col. 1. Craue. cons. 281. nu. 2. Bal. Nouell. i tract. de dote par. 1. q. 1. nu. 5. & q. 3. in prin. Paris. hic nu. 19. dos enim ut etiā supradictum est, deseruit matrimonio pro eius oneribus subeūdis. l. si pater mulieris supra de iu. do. per Vacon. decla. 30. lib. 1. ergo matrimonium debet pręcedere dotē quia causa debet pręcedere causatum d. l. si quæramus & d. l. 1. & d. l. pen. Et hoc expressim probat tex. in .l. fin. §. sicut. C. de don. ante nup. ibi & sine nuptijs quidē nulla dos intelligitur, sine dote autem nuptiæ celebrari possunt.

35 Secundo responderi potest † quod in supra alleg. diffinitione Bar. inquit dotem esse illud quod datur marito. Et sic post matrimonium contractum quia antea non dicitur nec est maritus l. 1. §. 1. .j. pro dote & l. lex iulia supra de fun. dot. ergo ibi matrimonium pręcedit dotem.

36 Tertio & ultimo responderi potest † q tunc demum causa debet pręcedere & dicitur determinare causatū, quādo causa est finalis, & non impulsiua, quæ non solet attendi iux. no. in l. 1. §. sexum supra de postulā. in. l. 2. §. fin. de dona. in l. sed & si mor. §. fin. de don. int. ui. & uxo. late per Tiraq. tract. de cau. cess. limita 1. dos autem est causa impulsiua matrimonij, finalis autem est liberorum procreatio, ingenuorumq; hominum ciuitatis repletio, & denīq; humani generis perpetuatio l. 1. infra eo. & auct. de nup. in prin. Item attenta diffinitione Bar. dos est causa remota matrimonij qa dictio

propter

propter de qua in dicta diffinitione signi-ficat causam remotam.doc. in rub.C. qui admitti.in l.1.§. nūc uideamus.j.de cōiun. cum eman.lib.las.in.l.non dubium nu.24. C.de legi.causa autem remota nō debet ae tendi.l.cum quis supra de dolo.Bal.in.l. ex placito. C. de te.permu. Castel. cons. 13. nu.38.Curt.Iuni.cons.2.nu.4.

37 Pro resolutione huius quæstionis † teneo partem negatiuam, & communem quam ultra præallegatos supra nu.2.etiam tenuit glo.in.l.2.§.fi.de priui.cred.& in.§. pe.ver. sequitur Inst.de nup.& Roma.cō∫.314.nu. 2 & Crot.lib.1.cons.35.nu.16.& Frā.mar. q.878.nu.8.

Primo per tex.in.l.1.in fin.j.pro dote, ubi sponsus usucapit ante nuptias pro suo & non pro dote,& sic quando non dum contractum est matrimonim usucapio pro do te non procedit, quia tunc nulla dos est,ergo non existente matrimonio non dicitur proprie dos quia si te prioeris &c.glo.in c. cor episcopi.68.di.& in c.admoneie.33.q. 2.Boer.q.306.nu.xj.

Secundo per tex in .l. plerunq; .§.si ante. supra de iu.dot. ubi si ante matrimonium res æstimatę dotales fint æstimatio tacitam conditionem habet,si nuptię fuerint sequutę,ideoq; si res dotales nuptijs non sequutis petijerint mulieris periculo pereunt, & sic ante matrimonium res dotales.1. pro dote destinatę non habent iuris effectum sed perinde sunt ac si nullo modo essent arg.c.non pręstat de reg.iur. in vi.

Tertio per tex.in.l. titio centum .§.titio. genero ibi ad sciam quę dotem habere incipit &c.& ibi ante nuptias muliere & titio. defunctis.j.de cond. & demon.

Quarto per tex.i.l.fin.§.sicut.C.de dona. ante nup.ibi &sine nuptijs quidē nulla dos intelligitur. Et verb.intelligitur,in his quę iuris sunt proprietatē denotat Bal.in c. bo nę nu.6.extra de app.doc.in.l.quoniam supra de his qui not.infa.& quod scribit Bat. in l.si is qui pro emptore in 3.q.vers. Item quęritur circa prędicta .j.de usuca.& Dec. cons.365.nu.5.

110 Limito † decimo in filia dotata a semet ipsa de suis proprijs bonis quia non dicitur ita dotata prout dici debet vt fit per statutum exclusa arg.l. pater ex prouidentia īfra manu.uind.&.l.si res de iu.do.ita tenuit Brun.ubi supra.q.x.nu.235.asserens ita tenuisse Bal. in.l.neq; mater.C.de iu.dot. & Corn.lib.4.cons. 171 licet col.2. & Curt. iun. cons. 150. nu. x. & Soc. lib. 1. cons. 30.col.1.

SVMMA RERVM CAPITA

1 *Dos an matrimonio constāte proprie dicatur & nu.seq.*
Causa cognoscitur ab effectu, sine quo esse non potest.
Actio de dote non competit constante matrimonio Decla nu.6.
Priuilegium hypotecę non competit constante matrimonio. Decla.nu 7.
Priuilegium cautionis & translationis dominij non competit constante matrimonio
2 *Intell. l si serua in fin.supra de iu.dot.*
Ver. est, substantiam & essentiam significat
3 *Intell.l si constante in prin infra eo.*
Arg.ab effectu in iure ualet
4 *Intell.lucius.§.idem respondi 3. infra ad mun l.*
5 *Intell l.vni C si dos constan.matrimonio*
Non est verisimile legislatores abusiue multis in locis loquutos fuisse. Et quod non est uerisimile est falsitatis imago
6 *Ars & natura nihil operatur frustra& nu.37*
7 *Intell.l.in rebus C.de iu dot.*
8 *Dos est priuilegiata ante matrimonium, constāte & soluto matrimonio.*
9 *Dos etiam constante matrimonio momentaneo proprie dicitur*
Lucrum delatum uiro per statutum etiam in matrimonio momentaneo procedit
10 *Momentum dicitur dies uel punctus.*
Intell.l 2.C.de posthu.her.insti.
11 *Dos proprie dicitur etiā contractis sponsalibus copula non sequuta*
Intell.l denique & l seq.supra de ritu nup.
12 *Dos constante matrimonio proprie dicitur etiā ex communi usu loquendi legislatorum*
Communis usus loq aut dat proprietatem uocabulis aut proprietati prefertur.
13 *Dos assignata matrimonio putatiuo dicitur improprie dos.*
Fructus dotis putatiuę non cedunt lucro mariti putatiui.
Nec maritus habet in ea dilationem de qua in l. vni §. exactio de re. ux. act.
14 *Dos assignata matrimonio reprobato a lege proprie non dicitur, nec priuilegia dotis habet*
15 *Dos confessata per uirum nō dicitur proprie dos Declarando ut ibi.*
16 *Statutum deferens certam partem dotis uiro p̄. decedente uxore in matrimonio sine liberis an locum habeat in sponsa ante matrimonium cōsumatum prędecedente & nu. 39 & de veritate nu.57 & seqq.*
17 *Intell l.nihil interest infra verū amo & nu. seq.*
18 *Separata habitatio coniugum non dirimit matrimonium.*
19 *Duo preponderant uni.*
21 *Speciale supponit ius commune in contrarium.*
22 *Intell l.deo nobis in fine prin C de epi.& cler.& nu seqq*
23 *Arg. a pacto ad statutum affirmatiue ualet.*
24 *Vir & uxor per ingressum religionis separari possunt.*
Actus primę causę solet ascribi
Causa causę est causa causati
25 *Mors naturalis sine hominis culpa contingit*
Casus fortuitus excusat
27 *Intell.l.cum fuerit infra de cond.& de.& nu seq*
Legati titulus est lucratiuus
28 *Copula de proximo subsequutura prosequuta habetur.*
30 *In ultimis uolun. plenior fit interpretatio, maxime ut uoluntas defuncti sortiatur effectum*
Lex, ut uenator leporem, testatoris uoluntatem sequitur
In statutis stricte proceditur.
31 *Intell.l.cum hic status § si mulier supra de don. int.ui.& uxo & nu.seqq.*

Experientia est rerum magistra
Sponsi seorsum ex dispositione concilij tridenti-ni habitare tenentur
32 Cessante causa non cessat effectus consumatas
33 facilius permittitur quod ad ias cōmune redit.
34 Donationis inter uirum & uxorem prohibitionis causa aeque militat inter coniuges simul sicut seorsum habitantes
35 Verba legis ubi conueniunt ibi etiam conuenit dispositio. Decia.na.seqq.
Intell.l.pen sup de dona int.ui. & uxo. & nu. 37
36 Verba conuenire non sufficit nisi etiam mens cō ueniat
37 Expressio eius quod tacite inest nihil operatur
40 Statuti uerba ubi non conueniunt ibi nec dispositio. Limi.nu.47.
Verba cordis preco & notae passionum mentis dicuntur
41 Sponsa non est nec dicitur uxor
Vxor dicitur ex eo quia in usu uiri est
Ab ethimologia propria significatio sumitur
42 Sponsus ante copulam cōsumatam non dicitur maritus
43 In, dictio, in praepositione intrinsicitatem denotat.
44 Ablatiuus absolutus conditionem denotat
45 Ver. sine filijs, includunt priuationem filiorum & potentiam seu habitudinem eorum
46 Arguere a stricta significatione ad latam licet etiam in his quae stricti iuris sunt nisi diuersitas rationis refragetur
47 Mente statuentium conueniente licet non conueniant uerba conuenit tamen dispositio
48 Titulus unde uir & uxor locum habet etiam in sponsis
Lex noua loquens in uno aequiperatorum procedit etiam in alio
49 Cōmunis usus loquendi praefertur proprietati uerborum.
Etiam in statutis, in odiosis, & in poenalibus
Mulier tantum desponsata dicitur sponsa & nō uxor ex cōmuni usu loquendi
In interpretatione cuiuslibet dispositionis recurrimus ad cōmunem usum loquendi
Etiam si proprietas sit in contrarium, ael dispositio ad literam seu ut iacet intelligi debeat
50 Cōmunis usus loquendi uulgaris in uerbis legis non attenditur,
Nec in uerbis statuti
51 Cōmunis usus loquendi latinus inducitur per cōmunem hominum prudentum interpretationem
Cōmunis usus loq. probari debet fuisse tempore condita dispositionis
52 Cōmunis usus loquendi non habet locum in priuatiuis.
Cōmunis usus loq. non habet locum in materia exhaeredationis
53 Intell § si uxor insti.de nup. & nu.seqq.
55 Deficientibus uerbis & mente deficit dispositio
56 Contrariorum eadem est disciplina quo ad cognitionem, contraria tamen quoad dispositionem.
57 Intell.c.ulti.ext ra de spons.duo.
Ex matrimonio uiri & uxoris nominatio sequitur
58 Desponsata per uerba de praesenti in fauorabilibus uxor appellatur
Statutū de lucro dotis est fauorabile, & quare.
59 Matrimonium solo cōsensu fit copula uero usus seu effectus ipsius est
60 Statutū de lucro dotis locum habet etiam si non dicat sine liberis, quia nihilominus intelligitur ita demum procedere si mulier sine liberis decesserit.
Statutū deferens lucrum dotis uiro omni casu, locum habet etiam si extent filiā primi matrimonij
61 Statutū de lucro dotis locum habet etiam si mulier non dum sit ad uiri domū traducta. & si mulier in uia dum traduceretur decesserit
62 Statutū de lucro dot locum habet etiam ex mora mulieris non copulata nec traducta
Mulier quae consensit in uirum non potest sine iudicio ecclesia recedere
63 Statutum de lucro dotis locum habet in sponsa etiā si eius uerba ad literam seu ut iacent, intelligi debeant
64 Etiam si mulier ingrediatur monasterium & professionem faciat
65 Etiam si mulier desponsata esset spuria
Pater tenetur dotare filiā naturalē & spuriā quomodo alimentorum & secundum ipsius qualitatem & conditionem
66 Statutum de lucro dotis locum habet siue maritus sit diues siue inops
Statutum generale locum habet etiam si maior ratio sit in uno casu quam in alio & nu 7 ..
67 Statutū de lucro dotis locum habet etiam in augumento dotis & in cosanis localibus & alijs bonis mobilibus mulieris
68 Statutū de lucro dotis locum habet etiam si e us ignorantia ex parte haeredum mulieris allegetur
69 Statutum de lucro dotis locum habet siue sponsa decesserit testata siue intestata
70 statutum de lucro dotis locum habet in sponso ita demum si aliqua onera caeperit sustinere uel si coniunctus sponso eius loco aliqua onera sustinere caepisset
71 Mariti contemplatione factum a marito dicitur factum
72 Statutum de lucro dot.locum habet tam in data quam in promissa quando soluturus est ea mora soluendi.
73 Statutum de lucro dot.locum habet in bonis in territorio statuentium existentibus tantam.
74 Statutū de lucro dot.locum habet tam in dote uera quam in praesumpta per legem.
75 Et etiam si mulier sit sexagenaria uel septuagenaria
Aetas & sterilitas nō sunt nuptijs cōtrahendis impedimento
76 Statutū non usu receptum uel moribus approbatum nullas uires habet.

Statu-

77 Statutum de lucro dot locum habet etiam in oppidis castris & alijs locis subiectis, nisi specialia statuta contraria habeant

78 Statutũ de lucro dot. locum habet siue sponsalia ante siue post statutum fuerint contracta.

79 Statutum de lucro dot. locum habet in sponsis per uerba de presenti secus per uerba de futuro contrahentibus

80 Statutum de lucro dot. locum habet siue sponsa sit maior 25 siue minor dummodo maior 12 annis.

81 Statutũ deferens lucrum dotis uiro prędecedente uxore seu sponsa non habet locum utrisq; simul eodemq; tempore defunctis

82 Statutum de lucro dotis nõ habet locum in filia principis statuentis.
Persona loquentis in qualibet dispositione censetur excepta.

83 Statutum de lucro dotis quo ad bona feudalia non procedit

84 Statutũ de lucro dotis non procedit quando sponsa sponsi culpa decederet

85 Statutum de lucro dot non procedit quoad fidutiõ. subiecta muliere alia bona pro dote habẽte.

86 Sponsus forensis non gaudet lucro statuti ſuci. Statuta etiam generalia non trahuntur ad eos qui aliena iurisditionis sunt

87 Statutum de lucro dot. non procedit in sponsa quando de muliere in matrimonio copulata loquitur.

88 Statuto de lucro dot potest sponsus & maritus pacto renunciare

89 Statutum de lucro dot. nõ procedit in sponsis & dote putatiuis

90 Nec in pręiudicium filiorum primi matrimonij, nisi ex uerbis aliud colligatur

QVAESTIO QARTA.

1 DEVENTENDO † ad secũdum tempus Quęro an constã te matrimonio dicatur proprie dos? Et quamuis uideatur i primis negatiue respondendum fore ex eo quia causa cognoscitur ab effectu. l. non codicillum. C. de testa. l. quod si nolit. §. qui mancipium supra de edil. edi. cum si ne effectu causa esse non possit. l. non cogendum. §. fin. supra de procura. l. hæc stipulatio. §. diuus. infra ut lega. no. caue. Ias. in. l. re coniuncti. nu. 108. de leg. 3. & dotis effectus constante matrimonio locum non habeat, non enim competit eo tempore actio de dote. l. 2. in prin. & l. si constante. §. 1. infra. eo. & l. uni. C. si dos constan. matri. Bal. no. de dote. 8. par. 24. priui. neq; priuilegiũ hypotecę. l. in rebus. §. omnis C. de iu. dot. neq; priuilegiũ cautionis de quo in. l. si constante. §. quoties. j. eo. ex communi sententia doc. in. d. l. 2. infra eo. de qua testatur Bal. Noueli. ubi supra priui. 29. neque priuilegium translationis dominij absque traditione in mulierem iuris ministerio de quo in d. l. in rebus. secundum Bar. in. l. 1. supra de fun. dot. Bar. & Bal. in. l. & si dotis. C. de iu. dot. doc. i. l. dotis actio infra eo. Bal. no. ubi supra priui. 6. ergo arguẽdo ab effectu per eius cessationem non dicitur proprie dos ad nor. in. §. quorum in proem. insti. in. l. debitor vbi Paul. Castens. j. ad treb. in. c. ubi periculum in prin. & in. c. fundamenta de elect. lib. 6. per Euer. in cent. in loco ab effectu in prin.

2 His tamen † & similibus minime refragantibus contraria & affirmatiua sententia est communi doc. calculo recepta ut hic per Ias. in prima lect. nu. 9. Parp. 9. Crot. 192 Io. anni. 35. Soc. iun. 43. par. 1. Rip. 66. & pro communi sententia Saluio. 86. Bolog. 241. & Monter. 54. par. 1.

Quę probatur primo per tex. in l si serua in fin. supra de iu. dot. ubi si mulier nubat spadoni nõ castrato dos est, quia matrimonium est ideoq; & dotis quoque exactio est Stringo ponderando ver. est, quod est verbum substantiuum essentiam substantiãq; rei denotans Bar. in . l. si maritus. §. legis de adul. Bal. lib. 1. cõs. 274. uerba col. 2. Tiraq. de retra. connẽ. §. 1. glo. 5. n. 28. ergo dos cõstante matrimonio in sui essentia & substantia est & consequenter etiam in nomine, ex quo nomen debet esse consequens rei. §. est & aliud Insti. de dona. c. vlt. 42. di. glo. i. §. i reliqua. ver. fulgere in proem. digestorum

3 Probatur † secundo in. l. si constante in prin. j. eo. ubi uiro uergẽte ad inopiam constante matrimonio competit mulieri exactio dotis, ergo per locum ab effectu constante matrimonio dos est, quia dotis exactio est, iuxta not. in d. l. debitor. ubi etiam
15 Paul. castr. infra ad treb. in . l. nullus uidetur de reg. iur. in. l. quoties. §. si quis nomen ubi Imol. de hęr. insti. in. d. c. ubi periculum in prin. & in. c. fundamenta de elect. in vi. per Euer. in cent. in loco ab effe. in prin. Bero. in rub. ex tra de iudi. nu. 41.

4 Probatur † tertio in. l. lucius. §. idẽ respondi. 3. infra ad muni. ubi dos cõstante matrimonio est in bonis mariti, licet quoad municipalia munera sibi nõ cõputetur, ne scilicet inducta in fauorem uiri retorqueantur in odium, contra. l. quod fauore. C. de legi. Quod sane de legũ subtilitate intelligitur ut in. l. in rebus ver. nõ enim. C. de iu. dot. idest de rigore iuris glo. in. l. si tibi infra de dona. in. l. qui seruũ de ac. & ob. in. l. adeo

.§. si

§.si cuius.ver.nix est de aeq.re.do.Bero. in c. sup literis nu. 18. extra de rescr. Tiraq. de retra.consang..§.35.glos.1.nu.18.

5 Probatur quarto † in .l. uni .C. si dos constan. matri. ubi si dos constante matrimonio fuerit a uiro sine causa uxori restitura potest nihilominus uir soluto matrimonio ab heredibus uxoris cu fructibus repetere. Et in.l.1.§. constante.j.pro dote, ubi usucapio pro dote cōstante matrimonio competit. Et in.l. pro oneribus.C.de iu. dot. Et in .l. dotis fructus supra eo.tit.ubi dotis fructus pro oneribus constantis matrimonij marito sunt constituti & sic in his & similibus iuribus dos cōstante matrimonio nuncupatur, & per consequens etiam proprie dos est, cum non sit uerisimile legislatores tot in locis abusiue & improprie loquutos fuisse cōtra not. in.l.3.§.hęc uerba de neg.ge.in.l.fin.C.de his qui ueniam ęta.impe.in.c. ad audientiam de decim. & quod nō est uerisimile est falsitatis imago. Bal.in.l.1.C.de ser.fugi.Card.in.cle. ne romani in prin. de elect. Paris.lib.1.cons.83 nu.25.Crot.lib.3.cons.348 nu.15.

6 Et ita tenendo † non obst. supra ex aduerso allegata, & primo dum dicebatur cōstante matrimonio actionem de dote non competere. Quia respondetur illud uerum esse quando non est necesse dati actionem de dote iux not. dictum Bal lib.1.cōs. 496. tenor nu. 3. quia ars & natura nihil operatur frustra l hęc stipulatio.§.diuus.ut leg no.ca.l.non cogendum § sabinus de pro cu secus quando ex aliqua causa eius competentia est necessaria ut in.l.vni in prin. C.de rei uxo.ac in l si constante in prin & in.l.si marito.j eo.& in .l.ubi ad huc.C. de iu.dot & in § fuerat inst.de act.

7 Non obst.secundo † dum dicebatur priuilegium hypotecę constante matrimonio non competere. Quia respondetur contrarium expresim probare tex. in.l. uni .§. & ut plenius C de rei uxo. act. Et ad .l. in rebus exaduerso etiam allegatā, respondetur quod immo illud priuilegium etiā constante matrimonio competit ut ibi, non tamen est necesse mulierem eo tempore illo experiri marito soluendo existente ex quo pro oneribus matrimonij eidem uiro est dos constituta.ut in.d l pro oneribus. & in d.l.dotis fructus cum simi.

8 Non obst † postremo quod cōstante matrimonio non competat priuilegium cantionis, & translationis dominij de quibus supra, quoniā respondetur quod dos habet multa priuilegia quorum aliqua competūt ante matrimonium, aliqua constante matrimonio, & aliqua soluto matrimonio pro ut sunt hęc duo supra proxime relata, ut tradit Bal.nouell. de dote in prin & in.6.7.8. q.in prin.ideo ni mirum si ea matrimonio constante non competunt, distinguendo .n. tempora iura concordātur ut no.in.l. apud āliquos.C.furt.& in.c. si peccauerit ij.q.1.

9 Amplio † primo communem conclusionem supra firmatam procedere etiam in matrimonio monietaneo quo etiā temporis momento durāte dos dicitur secundum Tolos.in.l qui liberos nu.73. supra de ritu nup.& hic Rip.nu.66. & pro communi Mōter.55. par 1.argum.l.non tantum.C. de lega ubi breuitas tēporis quo durauit matrimonium non impedit uirum ex testamento uxoris capere, ex quo inquit ibi notan. Bal.luctum delatum uiro per statutū uxore prędecedente in matrimonio deberi etiam si matrimonium momento durasset, quod pro sing.sequitur Ias in.d.l. donaturus §.fi. in si supra de cond causa da. Aret. in.l 2. col.1.& in.l si ante in fi. infra eo. Dec.in.c. de causis nu.41. extra de offi. deleg. Bauer. in.l.cum filiosa. nu 88. de leg.1. Paris. lib. 1.cons.127.nu.7 Rolan de lucro dot q. 4. nu 8 cum concor. per Tiraq.in tract.de iudi.in rebus exiguis.vers 44 & in l.si unquā ver.donatione largitus nu.229.C.de reuo.

10 dona. Et momentum † dicitur dies vel pūctus secundum glo. in.l.2. C. quę sit lon. consue. & Ias. in .d.l. non tantum in fin. Facit etiam ad prędicta bonus tex.in. l. 2.C.de postliu hær.insti ubi, ad rumpendū testamentum sufficit posthumum preteritum momento uixisse & in.l.in substitutione & in.l.ex facto. §. iulianus de vulg. ubi sat est quem momento esse heredem ut dicatur fuisse hæres, & alibi etiā dicitur cōstitutum in articulo mortis matrimonium contrahere posse licet momento duraturum sotte credatur lo.an i.c.fine culpa de reg. iur. lib 6. Alex in l.siquis posthumos infra de lib.& po.Dec. in.c. si pro debilitate nu. 7. extra de offi.iud.deleg.& pro cōmuni sentētia Ruyn lib.3.cons.77 uiso nu.7.

11 Amplio † secundo procedere etiam contractis dum taxat sponsalibus per uerba de presenti ac annuli immissionem licet carnalis copula non fuerit subsequuta secundum Rip.hic nu 67. & saluio 87. per tex. in.l nuptias de reg iur.ubi consensus non concubitus matrimonium facit & in.l.2 in fin.infra de priui. cred.ubi sponsa quæ do tem dedit & nuptijs renunciauit potest cōdicere dotē & prelationis priuilegio frui. & in l deniq; & in l seq. supra de ritu nup. ubi mulier desponsata tenetur sponsum ante matrimonium consumatum defunctum lugere, quia sponsa uxori sponsalia nupti is ęquiperantur ut in l orario supra de spōsa.& in l si spōsa supra de iu.dot. & ita etiā

reuet

tenet Cotas. in d.l.qui liberos nu. 78. post alios de quibus ibi per eum.

12 Amplio † tertio procedere etiam inspecto communi usu loquendi ipsorum legislatorum, qui passim constante matrimonio dotem appellant ut in .l. si constante & in.l.quamuis & in.l.seq.& in.l.pen.§. pen. infra eo.& in.l.uni.C.si dos constan.matri. & i.l.quisquis.§.uxores.C.ad leg.iul.maie. & alibi passim. Cõmunis autem iste usus loquendi aut uocabulis propriam significationẽ tribuit Bar. in.l. labeo.j. de sup. leg. Bal.in.l.fin.in fi.C.de sacros.ecc.& in.l.fin. nu.35.C. de hęr.insti. Alex.lib.3.cons. 82. nu. 15. Fely.i.c.inpsẽ.a.nu.19.ex̃ de pba. Caro. Guarn.in rub.j.de uer.ob.q.12.uer. 7. aut prefertur proprię significationi uerborũ Bar. in.l.omnes populi nu. 58. supra de iust. & iu.in.l.supra iter in fi.j. de aqua plu.ar.& in.l.2.in fi.de furt.Anca.cõs.1 2. nu.5.Grat.lib.1.cõs.31.nu.3.Soc. iun. lib. 1.cons.35.nu.14.

13 Limito † etiam hanc conclusionem primo non procedere in matrimonio putatiuo cui dos ascripta pariter dicetur putatiua & impropria ut in.l.1.§. fin.j. pro dote ubi maritus putatiuus nõ usucapit pro dote quia uere & ꝓprie nulla dos est,ex quo sine uero matrimonio dos propria esse nõ potest ut in.l.3. supra de iu. do.in.l.fin.§. sicut.C.de dona.ãte nup. Hinc est quod fructus dotis putatiuę non cedunt lucro marito putatiuo.l. insulam.§.1.j.eo.& mulier dicitur habere quasi priuilegia dotis putatiuę & non verę quasi res illę pro dote putatiua assignatę uere & proprie dotales non sint ut in.l.si cum dotẽ.§.fin.j.eo. per Alex. in.l.diuortio.§. impendi nu.8.j.eo.neq; minus in hac dote habet maritus putatiuus dilationẽ anni de qua in.l.uni.§. exactio .C. de rei vxo.ac.sed illico fo.ma.restituere tenetur ut ibi per glo.Ray.Saly.& doc.cõmuniter prout de communi testatur Cotas. in d.l.qui liberos.nu.50.de ri.nup.

14 Limito † secundo non procedere quoties matrimonium esset reprobatum a lege, ueluti quando contractum esset inter personas inter se contrahere prohibitas, quia dos assignata illi matrimonio de facto cõtracto non est dos nec priuilegia dotis habet ut i.§.pen. ibi nec dos intelligitur insti. de nup. & in .l. incestę supra de ritu nup. Crot.lib.1.cons.35.nu.16.

15 Limito † tertio non ꝓcedere in dote confessata per uirum, quia illa non dicitur proprie dos ut in.l.1.C.de dote cau.non nu. Bal. in.l. fin.col.1.C.de dot. promiss. & in cons.333.lib.4.Io.campeg.de dote par. 1. q 93.nu.2. cum .n. illa non sit simpliciter dos, sed dos confessata & sic secundũ quid. sequitur quod non sit proprie dos ad no.in .l.hoc legatum. & in .l. lucius .§. quęsitum de leg.3.per Bal.in.l. pen.C. quomodo & quando iud. Ias.pro regula in.l.1.col.1. supra si ex noxa.causa aga.& Gramm. dec. 92.nu.12. Quod intelligi saue debet durante solũ tempore ad opponendũ exceptionẽ non numeratæ dotis ut declarat Bar. in.l.assiduis nu.xj.C.qui potio. i pign.ha. & in.l.neq; scriptura nu.4.C.de compensa, quem doc. communiter sequuntur, ut de cõmuni testatur Paris.lib.2.cõs.52.nu. 39.

16 Infertur ex prędictis in practica † ad quęstionem statuti deferentis certam partem dotis uiro, prędecedente uxore in matrimonio sine liberis (prout est perusię lib. 2. statutorũ rub.15) ut illud statutum sibi locum etiam uendicet in sponsa prędecedente ante matrimonium consumatum ita tenet Bar.in.l. nihil interest j. rerum amo. Bal. in .l. deo nobis. C. de epi. & cler. Ias. lib.1.cons.58.col.2.& in.l. si donaturus .§. 1.supra de cond.ob causam Marcs.not.74. nota quod statutum Bal.Nouell de dote.6. par.priuil.37.Corn lib.3.cõs.84.licet col. 2.& pro communi sententia in.l. non sine nu.7.C.de bo. quę lib. Dec.cons.577.col. 1.Nicon.hic.nu.192.& pro magis communi sententia Soc.iun.hic par.1.nu. 48. quã in practica seruari testatur Ang.in.§.fuerat nu.24.inst.de actio.

17 Probatur † hęc opin. in primis per tex. in.l.nihil interest.j. re.amo.ubi actio rerũ amotarum (quę in honorem matrimonij fuit introducta.l.2.eo.tit.) competit etiam si coniuges separatim ac seorsum habitauerint,& sic simultanea habitatio & copula non est in causa ut aliquid matrimonio addatur uel detrahatur, qualitas.n.cohabitationis seorsũ posita a matrimonio quod solo partium consensu fit.l.nuptias de reg. iur.c.cum locum &.c.tuę extra de sponsa. & sup in pręsa.nu.8.dixi,nõ qualificat dispositionẽ.l.regula.§.fi.de iur.& fact. igno. Alci.in.c.cum non ab homine nu.x.de iudi.Ceph.lib.1.cons.5.in fin. Stringo ponderando quod ibi matrimonium habens inter coniuges indiuiduam uitę consuetudinem,& habens diuiduam inter coniuges consuetudinem parificatur quia quod statutum erat in uno statuitur in alio ad not. in.l.si socer agenero in prin.j.eo.in.l. de quibus supra de legi.sed quando matrimonium habeat inter coniuges indiuiduam uitę consuetudinem dicitur proprie dos ut supra fuit deductum, ergo ita quoq; quando non dum simultanea inter coniuges est uitę consuetudo, dos proprie dici debet iux.no.per glos.& doc.in.l. siquis seruo. C. de furt.Abb.in.c.trãslato nu.3.ex̃ de cõsti.

Vetum

18 Verum huic fundamento † potest disputando responderi primo quod ibi intercesserat matrimoniũ & copula carnalis & ad huc durabat matrimonium, & ideo licet seorsum habitarent, erant nihilominus uir & uxor.l.1.§.& est.j.pro dote. & propterea actio illa in reuerentiam matrimonij instituta etiam inter eos locum habet, cũ sola separata habitatio accidentalis considerari nõ debeat adtollendũ quin sit matrimoniũ arg.no.in.l.qui habeat.j. de tutel. in.l.siquis posthumos & ibi Ias.in primo not.j.de l i.& posth.Bar. in.l.fin.supra de offi.pro cons.Bal.in.l.1.C.de cura.furio. Tiraq.alios citans de retra. cons.§.30. glo. 1. nu.26.

19 Secundo † responderi potest quod ibi sola cohabitatio coniugum deest matrimonio hic autem deest cohabitatio & copula non dum consumata,& sic duo que dubioprocul preponderant uni ut in auth. itaq; .C.communia de success.in.l. re coniuncti de leg.3.& in.§.sed hodie insti. de adoptio. Petr. stell. in.l. si duobus.§. si prius nu.38.j.de bon.poss.contra tab.

20 Tertio responderi potest† quod ibi est eadem ratio dandi actionem rerum amotarum utroq; casu scilicet tam cohabitantibus simul quam seorsum coniugibus ob reuerentiam existentis matrimonij propter quam furti actio cessat.l.1.& 2. illo cotit.hic autẽ est diuersa ratio inter maritum & sponsum propter onera matrimonij quę substinet maritus & non sponsus, ideo nimirum si ibi eadẽ, hic diuersa est iuris dispositio at.l.illud supra ad leg.aquil.& .l.inter stipulantem.§.sacram de uer.ob.cũ sim.

21 Quarto etiam responderi potest† ibi speciale esse ex natura illius actionis rerum amotarum quę etiam specialiter competit pro rebus ab altero coniugum alteri cõiugi furto subtractis constante matrimonio etiam in ea domo inqua non cohabitant ut ibi dicit tex.in fi. ergo in cęteris ius commune debet esse contrarium.l.ius singulare de legi.l.t.admuni.c.quę a iure de reg.iur.in vi.glo.in.c.pręsenti.§. loca. ver. specialiter de pb.li.6.Abb.li.1.cõs.40.nu. 3. Euer.in cent. in loco a speciali in prin.

22 Probatur † secundo per tex in.l.deo uobis in fine prin.C.de epi.& cler.ubi si maritus uel uxor constante matrimonio (scilicet per sola sponsalia absq; copula secundum Bal.ibi) ingrediatur monasterium superstes in seculo nihil lucratur nisi quod ex pacto per casum mortis posset exigere, ita in casu nostro sponsa pdecedente poterit sponsus lucrum ex statuto delatum consequi ex quo per casum mortis illud a statuto defertur. Et quod ille tex. necessario intelligendus sit cum Bal. de matrimonio per sola sponsalia sine copula contracto dicitur clare constare ex eo quia si esset sequuta copula nulla ratione posset a partibus matrimonium dirimi,quia quos deus coniunxit homo non separat.c.licet &.c. inter corporalia extra de transla. epi. &.c. quos
23 deus.33.q.2. Stringo etiam † illum tex.quia ualet argum.a pacto ad statutum affirmatiue nam quod fieri potest per pactum fieri etiam potest per statutum us uo. in.l.fin.C.de fideiuss.in.l.non solum.§.fin. de no.ope.nun. glo. in rub.C.de decre.decu.lib.x.Euer.ubi supra in loco a pacto ad legẽ,in prin. at ibi maritus lucratur quod ex pacto consequi potest, ergo ita hic arguendo a pacto ad statutum lucrabitur quod sibi a statuto defertur.

24 Huic argum. † responderi potest primo quod ille tex.loquitur in uiro & uxore post matrimonium consumatũ, qui per ingressum religionis quandocunq; bene separari possunt.§.distrahuntur auct.de nup.&.c.1. &.c.cum sis extra de conuet. coniug. Bar. de diffe.int.ius ci.& cano.n.84.nec eo casu dicitur homo quos deus coniunxit separare qa nõ homo sed lex separat monasterij igressũ permittendo.c. si homicidiũ in fin. 23.q.5.glo.in.d.c. quos deus. actus enim primę causę solet ascribi.l.& si pręcor de offi.eius.l.item eorum.§. si decuriones supra quod cuiusq; uni.no.l.is damnum de reg. iur. ideoq; causa causę dicitur causa causati .l.manumissiones supra de iust. & iu.l.& si amicis infra de adulte. Corn.lib.1.consi. 144.col.fi.& sic totum legi debet attribui.

25 Secundo† responderi potest ꝙ ibi erat maior ratio lucrandi quam in casu nostro ibi enim solutum erat matrimoniũ ex causa & facto illius qui monasterium erat ingressus, ideo damnum sibi sua causa cõtingẽs sibi debet imputare.l.quod quis ex sua infra de reg.iur.& reg.damnum i ib.6. hic uero solutum fuit matrimonium per mortem naturalem,quę sine hominis culpa cõtingit cum naturaliter statutum sit cuilibet homini semel mori,iuxta illud est commune moti mors nulli parcit honori.l.qui duos.§.1.infra manu.testa.&.c.in ecclesiastieo 13.q.2.ideo actus tanquam casu fortuito contingens excusationem pręstare debet.l.quę fortuitis.C.de pigno.ac.l. & ita .§.at hoc supra nau.caupo.sta.&.l.2.§.si eo infra de admin.re.ad ciui.pertin. &.l.cum duobus.§.damna supra pro. Soc.

26 Tertio etiam responderi potest † retorquendo illum tex.in uer.unde per presentem legem.ibi & nihil amplius reddere cõpellatur, ubi solutis sponsalibus p ingressum monasterij alterius coniugum restituuutur

uutur

tuontur hincinde arrarum nomine data &
neutra partium aliquid aliud reddere com
pellitur,& sic neutra quicquam lucratur,
sed utraque pars a lege pariter per tra-
ctatur ar.no i.l.uiro atq;uxore.j.eo. &licet
tex.ille infra secus loquatur i uiro & uxore
tamē est diuersa ratio a spōsis p̄sertim ,pp
ter onera matrimonij quę substinuit mari-
tus & non sponsus,ideo esse potuit etiam di
uersa iuris dispositio .l. inter stipulantem
§.sacram de ver.ob.l.& ex diuerso supra de
rei uend.l.fin.de ritu nup.l.quędam.§. nu-
mularios supra de eden.l.fin.§.fi.C.ad leg.
falc.1.&.c. si igitur insti.quod cum eo.

27 Probatur tertio † per tex.in.l.cum fuerit
j.de cond.& de.ubi legatum factum tirię si
matrimonium cōtraxerit in familia debet
ei illico contractis spōsalibus per uerba de
pręsenti & traductione ad mariti domum
facta quamuis non dum incubiculum uiri
fuerit ingressa pręstari,quia consensus non
concubitus facit matrimonium .l. nuptias
de reg.iur. Ita in casu .q.nostrę lucrum sta
tutarium contractis sponsalibus etiam abs
q; interuentu copulę pręstari debet,tum p̄
sertim quia utroq; casu sumus in his quę
stricti iuris sunt.l. nummis de leg.3.l.3.§.
hęc verba de neg.ge.l. quicquid astringen
dę cum utrobiq;not.de vec.ob. tum etiam
quia legatum prouenit ex titulo lucratiuo
l.si hęreditatem supra mand.l.1.§. lucrati-
uas.C.de impon.lucra.de scrip.lib.x. & .§.
si res aliena Inst.de lega.lucrū dotale ma-
rito ex causa onerosa.ar.l. ,p onerib'.C.de
iu.do.ideo tāto magis debitū cēseri debet
ad no.i autb.multo magis.C.de sacros.ecc.
in.l. pen. in fi. supra si quis caut.in.§. illud
quoq; auct. vt determi.sit num.cle.& in.c.
quemadmodum extra de iureiur.& in.c.cū
in cunctis de electio.

28 Sed huic arg.† potest responderi primo
quod ibi non solum pręcesserunt sponsalia
verum etiam traductio ad domum uiri uc
in vers.statim atq; ducta est uxor & copula
erat de proximo subsequutura secūdū Soc.
ibi &Boer.q.22.n.33.ideoq; p inde decidē
dum erat atq; si iam subsequuta fuisset ar.
l.pen.infra de mili.te.l.item legato de leg.
3.l.qui penę .§. diuus de manumiss. & .l. si
fundum in fin.infra de fun. instru.Saly. in
l.cumte.C.de don.ante nup.Soc.lib.2.cōs.
222.circa pręsentem col.pen.Iux. illud est
mihi profacto sępe q esse potest no. in.l. si
prius.§.recte de aqua plu. ar. glo.in.c.insu
per extra qui matri.accus.poss.

29 Secundo † potest responderi quod ibi
erat legatum subconditione nuptiarum cō
trahendarum relictum,ut patet ibi si i fami
lia nupsit,quę solo consensu contrahuntur
l. nuptias de reg. iur. l. cum hic status.§.
si mulier sup de don.int.ui.& uxo.&.§.nup
tias itaq; auct.de nup.Abb. lib. 1. cons.1.
nu.4.ideoq; ni mirum si statim sequuto nu
ben.consensu purificatur conditio & lega-
tum debetur ar.no.in.l.ei qui .j. de cond.
Insti.& in.l.cedere diē de uer.sig.& in.l.nū
omnis in priu.supra si cer.pet.

30 Tertio † etiam potest responderi quod
ille tex.loquitur in vltimis uoluntatibus in
quibus plenior fit interpretatio .l.in testa-
mentis de reg.iur.&.c.cum dilecti extra de
dona.etiam contra proprietatem verborū
l.nōaliter in prin. de leg. 3. & .l. 3. C. de
lib. pręte. maxime ut uoluntas defuncti su
um sortiatur effectum .l. uel negare infra
quemad. testa. ape. quam lex ut uenator
leporem sequitur secuudum Bal. in.l.fi.C.
de necess.ser.hę.insti.Rolan.lib.3.cons.82.
nu.27.& ubi circūuenitur indignatur secū
dum Mant.lib.1.cons.286 nu. 17. nos hic
sumus instatutis in quibus stricte procedi-
tur, ut no.in.l.1.§.si is qui nauem de exerci
to.in.l.3.§.hęc verba de neg. ge. in.l. quic-
quid astringendę de ver.ob.ideo deuno ad
alterum non licet inserre.l.papin. exuli de
mino.l.fin.de calum.l. naturaliter .§. nihil
commune de acq.poss.

31 Probatur † quarto in.l.cum hic status.§.
si mulier supra de don.int.ui. & uxor. ubi
donatio facta a uiro vxori seorsum habitā
ti nō ualet tanquam donatio inter uirum &
uxorem a iure reprobata,quia non concu-
bitus sed maritalis affectio facit matrimo
nium,exquo constat quod parificantur ibi
nuptię in quibus uir & uxor insimul coha-
birant cum his inquibus seorsum habitāt,
at quando sola sponsalia per verba de prę
senti sunt contracta dicuntur coniuges se-
orsum habitare vt experientia rerum ma
gistra docet auct. de app. in prin.&.c.quā
sit de elect.in vi. Quinimmo hodie seorsū
habitare tenentur ex sacro oecum.concil.
triden.sess.24 de reform.matri.c.1.& con-
sumato matrimonio per copulam simul
habitare.§.1.insti.de pat.pot.ibi indiuiduā
uitę consuetudinem &.c.illud de pręsump.
ergo sicut consumato matrimonio muliere
sine liberis in matrimonio pręde cedente
locus est statutario lucro, ita quando deces
serit mulier solis contractis spōsalibus eti
am locum sibi uendicare debet, staute pari
ficarione de qua supra arg.no. in.l.si socer.
in prin.j.eo.in.l.de quibus de legi.in.l.side
eo §.fi.de acq. poss. p Euer.in cet.i lo. pari

32 Huic ar. † responderi potest primo pro
cedere qa certū erat ibi matrimoniū p̄cess-
isse copulāq; cōsumatā fuisse ideoq; sepa-
ratā habitationē solā nō afficere,utibi si mu
lier & maritus diu seorsū habitauerint sed
honorē inuicem matrimonio habeant &c.

H quando

qusndo enim actus ipse est consumatus ꝑ et cessationē alicuius causę ille actus nō cessat .l.fi.in ptin.j.unde libe.l.patre furioso supra de his qui sunt sui.l.qui res.§.arcā de solu.l.inter stipulantem.§.sacram & ibi Ias.de vet.ob.Bar. in .l. 2.§.fin.de dona. & sic ibi ęquiperatio seu patificatio fit inter uirum & uxorem simul habitantes, & uirū & uxorem seorsum habitantes, utroque tamen casu matrimonio consumato nō autem fit parificatio inter uirum & uxorem cum sponsis qui matrimonium actualiter adhuc non consumarunt, & sic non probat hanc conclusionem.

33 Secundo † responderi potest quod ea ratione ibi improbatur donatio facta a uiro uxori seorsum habitanti, sicut donatio facta a uiro uxori secum cohabitanti quia illi ius commune prohibitiuum assistit .l.1. illo eo.tit. & sic concordat cum iure cōmuni quo casu facilius homini permittitur dispositio.l.si unus.§.pactus supra de pact. in casu autem .q. nostrę inducitur succesio contra ius commune quo uir & uxor ab intestato ad succesionem mutuam non admittuntur ar.l.affinitatis.C.communia de success.nisi non existentibus liberis agnatis & cognatis ut in rub. & nigr.j.unde uir & uxor, & in.l.1.C.eo.

34 Tertio † etiam respōderi potest quod ibi ratio prohibitiua donationis inter coniuges ęqualiter militat utroq; casu, ne scilicet coniuges mutuo amore se spolient .l.1. illo eo. tit. & unus pauperior alter ditior fiat.l.3.illo eo.ti.Ias.in.l.1.§.si uir uxori nu.21.de acq.poss.Abb.i.c.vlt.in ptin.extra de dona.int.ui.& uxo. Secus in casu nostro in quo ratio onerum matrimonij qua censentur statuentes moti ut inferius nu.70 dicetur quę militat in marito non militat in sponso ideo diuersa esse debet iuris dispositio l. inter stipulantem .§. sacram de ver. ob.cum simi.

35 Probatur † quinto hac ratione, ubi cōueniunt uerba legis ibi etiam conuenire debet dispositio.l.item ueniunt.§. aptanda sup de peti.hę.l.4.§.toties de dān. infe.l.si seruū.§.non dixit pretor.j.de acq.hę.l.si uero.§.de uiro.j.eo.l.hos accusa.§.ōnibus de accusa.& .c.indēnitatibus.§.pe.de elect.li.6. Sed uerba statuti prędicti conueniunt etiam sponsę & sponso, ut deducam, merito &c. Minorē probo per tex.in.l.pen.supra de dona.int.ui.& uxo.ibi itaq; nisi ante matrimonium contractum (quod de consensu intelligitur) donatio facta esset, non ualere. Ex qbus uerbis deprommitur quod qui contraxit sponsalia de pręsenti dicitur matrimonium contraxisse, & matrimoniū cōtractum dicitur quod per sponsalia quę solo consensu fiunt contractum est, atqui statutum loquitur de muliere prędecedente in matrimonio ergo locum sibi quoq; uendicabit in ea quę solis cōtractis sponsalibus prędecessit.

36 Ceterum † responderi potest primo non satis esse conuenire uerba nisi etiam conueniat mens disponentis .l.si ancillas de leg. 1.& ideo licet cōueniant uerba, si mens cessat, cessat etiam dispositio.l. siquis ita ante fin.j. de testa. tut. sed in casu huius statuti pręsumpta mens statuentium fuit subuenire maritis multa pro oneribus matrimonij erogantibus & non sponsis qui non dum ea fecerunt, & in quibus ea ratio cessat secundum Fely.in tertio loco col.2.& seq. extra de pręsump. Dec.cons.402.nu.7.Pa ris.pro communi sententia lib. 4. cons.62. nu.25. merito cessare etiam debet statuti dispositio ar. no.in .l. adigere .§. quamuis de iu.pa.& .c.cum cessante in prin.de app. cum simi.

37 Secundo † responderi potest retorquendo d.l pen. nam si appellatione matrimonij simpliciter & absolute ex natura & significatione uerbi sola sponsalia uenirent, frustra tex.ibi loquens de matrimonio exposuisset se de consensu intelligere, quia expręssio eius quod tacite inest nihil operatur.l.3.de leg.1.l.iam dubitari.l.cornelius de hęr. insti.&.l.aliquando de cond.& de. at quia ars & natura nihil operatur frustra l.hęc stipulatio .§. diuus.j. ut lega. no. ca. ideo dicendum est matrimonium a sponsalibus quæ solo consensu fiunt differre, ꝑ ut etiam ut diuersa considerat glo. in rub. extra de spons. & matrimo. & probat tex. in .l.in sponsalibus 2.supra de sponsa. ubi ętas in contrahendis sponsalibus nō est ut in matrimonijs diffinita.

38 Tertio etiam responderi potest † ꝙ dato siue ueri pręiudicio ꝙ ibi de matrimonio probaretur, non tamen propterea probaretur uirum & uxorem esse q, solum spōsalia contraxerunt ad not.in.l.1.j.pro dote in.l.4. supra de ritu nup.i.l. uxores cum seq.de his qui not.infa.quas omnes singulasq; qualitates statutum requirit ut locus sit statutario lucro ad no. in.l. in delictis §.si detracta de noxa. per Bar.in.l. 1. §. 2. infra ne quid influ. pub. lo. an. & doc. in c. 1. de homici. lib. 6. Alex. lib. 4. cons. 88. nu. 2. Dec. cons. 550. nu. 4. Gram. dec.65.nu.2.

39 Contrariam † & negatiuam sententiam tenuerunt doct. communiter secundum Mars. not.106.qui de proximo. eā enim tenuit Bal. i d.l.nō fine. ver. quęro nunquid ista lex.Saly.i.l.cū te.C.de dō.āte nup. Anca.in.c.1.col.pen.de spōsa.lib.6.Abb.i.c. si

inter

inter extra eo.& in.c.2.de spons.duo.Fely. in rub.extra de sponsa. col.2. ubi dicit hāc esse magis communem sententiam, quam idem Fely.latissime tractat eamque seq- tur adducens etiam quamplurimos alios eādem opin.tenentes in.c. tertio loco col. 2 & seq.extra de presump.Rolan.etiam ali os plures eandem tenentes allegans de lu cro dot.q.106.n.33.Paris.lib.4.cōs. 62 ꝑ uera resolutione col.2. ubi inquit nu. 19. q̄ ista opin.est magis uera,magis cōmunis, & magis obseruata in practica & cōsuetudi ne ap ꝓbata &.n.23.dixit eā esse sequendā.

40 Probatur hec sententia † primo quia ubi non conueniunt uerba statuti ibi nec eius conuenit dispositio.l.si seruum.§. non di- xit pretor de acq.he.l.4.§. toties de damn. infe.c.ex parte.de concess.preben.&.c. in- demnitatibus.§.pen.de elect.in.6.secundū verba enim regulatur intentio.§. disponat auct.de nup.l.labeo de sup.leg. c. ex parte de cōcess.preben.c.si.de statu mona.in fin. quia uerba cordis precо & note passionū mentis dicuntur secundū Bal.in cons.scim. nu.27 posito sub tit.C.si quis aliquem tes- ta.prohi.Corn.lib.3.cons.74.col.1. Paris. lib.4.cons.5.nu.129.Roc.dec.2.de litis cō te.in.fi.in antiq.sed in sponsis qui non dū matrimoniū cōsumarūt, nō cōueniunt uer ba statuti de quo agimus ut ꝓbabo, ergo nec ipsius statuti dispositio cōuenire debet.

41 Probo minorem † primo quia statutum loquitur in vxore predecedente, sed spon sa vere & proprie(prout ī statutis huiusmo di uerba capi debent Bar.in.l.ōnes populi nu.58.de iust. & iu.) nō est nec dicit uxor l.2.§. fin. in finalibus verbis.j. de priui. cred. que secundum eius ethimologiā di- citur ex eo quia in usu uiri est, secundum Saly.in.d.l.cum te.col.1.Dec.cōs.540 nu. 3.& ab ethimologia etiam propria signifi- catio sumitur secundum Bar.in.d.l.omnes populi nu.59.de iust.& iu.merito &c.

42 Probo secundo † quia statutum loquitur de marito, sponsus autem ante copulam non dum est maritus .l.1.§.& est questio in fra ꝑ dote Abb.in.c.ex publico in ult.no. extra de conuers. coniug. Dec.d.cōs.540. nu.6.quod etiam ex ipsius nominis diuer- sitate deprehēditur arg.l.si idē.C. de codi. merito in sponso non uerificantur uerba sta- tuti,& consequenter nec dispositio.

43 Probo tertio † quia statutū loquitur de uxore mortua in matrimonio & sic intus in matrimonio .i. matrimonio consumato, quia dic.in,posita in prepositione denotat intrinsicitatem .l. 1. §. in flumine infra de flumi.l.2.§.in locum supra de relig.& sūp. fun. Fely. in.c.tertio loco col.3.de presūp. Alex.lib.4. cons.22. col. fin. Tiraq. de re. cons.§.1.glos.xi.nu.74. at sponsa de qua agimus non potest dici mortua intus in ma trimonio cum non dum sit consumatum.c. statutum.§. sed sciendum 27.q.2.c.ex pub lico extra de conuers. coniug. Abb.lib. 1. cons.1.col.2. cum presertim talis sponsa nec dicatur nupta & a statuto nuptas exclu dente exclusa.Bal.in.l.non sine in prin. C. de bo.que lib.& in aut.dos data .C.de dō. ante nup.Anca.in.c.1.ver.quero de questi one que mihi occurit extra de cōsti.Abb. in.c. tertio loco de presump. & in .d. c. ex publico de conuers. coniug. & lib.1. cons. 107. quatuor in fin.& Mars.cōs.61. post redditum nu.5.merito &c.

44 Probo † quarto quia statutum loquitur in ablatiuo absoluto,vxore ꝑdecedēte, de cuius ablatiui absoluti natura est inducere cōditionē.l.ab ēptione de pact.l.a testatore de cōd.& de.l.cunctis de cond.l.acceptis ad leg.fal.videlicet q̄ si uxor decesserit in ma trimonio sine liberis,que verba non conue niunt sponse,secū. Bal.in.d.l.nō sine Fely. ī.d.c.tertio loco n.2.nec illa cōditio uerifi- catur in spōsa ut mox deducā. merito &c.

45 Probo † quinto & vltimo quia statutum loquitur de uxore predecedēte sine filijs,q̄ verba includūt in se priuationē filiorum & habilitatem ac potētiā actus seu habitudi- nis filiorū Bal.lib.1.cōs. 190 col. 1. Abb. d.cōs.1.Corn.lib.2.cōs. 244 col.4. Dec.d. cōs.577 col.1.Paris.d.cōs.62 col.3.que nō conueniūt spōse nō dū cognite merito &c.

46 Ceterum † huic primo motiuo disputā- do respōderi potest primo quod dato q̄ uerba statuti in eorum stricto & rigoroso significatu non conueniant,conueniunt ta men in lato secundum Fely.in.d.c. tertio loco col.2.& a stricta significatione ad la- tam etiam in exorbitantibus & his que stri cti iuris sunt licet arguere nisi rationis di- uersitas refragetur glo. in.l. filium habeo. ad maced.doc.in.l.2.§. si mater ad tertull. in.l.cetera .§.sed & si quis ubi Alex. nu. 4. deleg.1.glo.in.cle.1.ver.eligat de elec.hic autē nulla rationis diuersitas urget ut ex di cēdis ī sequēti respō sione parebit merito.

47 Secundo † responderi potest quod dato etiam quod verba non conuenirent, si ta- men conueniret intentio & mens statuenti um,couenire etiam deberet dispositio.l.no minis & rei.§.ex his legib⁹ de ver.sig.§.pē. Insti.de eo cui liber.causa.no.in.l. cū mu- lier.j.co.pR ip.in.c.sepe n.21.de resti.spo. q̄a verba intentioni famulantur & nō ecō- tra glo.in.l.repr̄hendenda.C.de institu. in .l.nā & ipsum s̄ de iusti.& iu.doc.in.c.secū do requiris ex̄ de app.sed in isto casu con- uenit intentio & mens statuētium ut bene ficium statuti eque cōueniat sponso sicut

marito cum ratio onerum militet etiam in sponso qui ante traductionem sponsę multas facit expensas in vestibus iocalibus apparatibus domus & ornamẽtis muliebrib⁹ ideoq; si statuentes de hoc fuissent interrogari idem in sponsis quod in maritis uerisimiliter respondissent ergo perinde debet haberi atq; si ita statuissent glo. & doc. in. l. tale pactũ. §. fin. supra de pact. Alex. l. titius §. lucius de lib. & po. & i cõs. 24. n. 34. lib. 2. & pro communi sententia Soc. Iun. lib. 1. cons. 1. nu. 127. & cons. 128. nu. 17.

48 Tertio † etiam responderi potest q̃ dato etiam q̃ uerba statuti loquentis in marito non conueniant sponso, nihilominus cum sponsus & maritus ęquiperentur a lege antiqua in prętoria successione quia titulus vnde uir & uxor quo maritus uocatur ad successionem uxoris suę & e contra locum habet etiam in sponsis secundum communem sententiam doc. in. l. 1. C. unde uir & uxor ubi Cur. Iu. col. 2. dicit hanc esse cõmunem sententiam Rolan. de lucro dot. q. 106. nu. 6. lex noua statutaria loquens in vno debet etiam ad alium trahi. l. ut tantũ. supra de ser. corrup. iuncta . l. siquis seruo cum glo. C. de furt. & pro communi sententia Rip. in. l. si constante nu. 69. infra so. ius enim prętorium uiua uox iuris ciuilis dicitur. l. nam & ipsum supra de iusti. & iu. & sic licet statutũ in marito loquatur, debet etiã in sponso procedere.

49 Probatur secũdo † hęc communis opin. quia communis usus loquendi prefertur proprietati uerborum . l. librorum. §. quod tamen cassius de leg. 3. Bar. in . l. omnes populi nu. 58. de iust. & iu. & in. l. 2. nu. 7. de Furt. & in. l. supra iter ante finem prin. de aqua plu. ar. & in. l. labeo de sup. leg. etiam in statutis uel etiam alijs materijs odiosis & pœnalibus Bar. i. l. 1. nu. 2. infra de suis & legi. Bar. & doc. in rub. j. de no. ope. nun. ubi pro communi sententia Nicon. nu. 236. Abb. in proe. decreta. nu. 9. & in. c. 2. de arbi. Aret. in. l. 1. nu. 18 supra si cer. pet. Gomes. in. §. item siquis in fraudem nu. 34 insti. de actio. Cass. dec. uni. de cler. non resi. Rip. lib. 1. responsorũ cap. 3. nu. 1. Soc. Iun. lib. 1. cons. 35. nu. 14. & ex communi usu loquendi desponsata dicitur sponsa & non uxor secundum Abb. in rub. extra despõsa. & in. c. ex publico col. 2. de conuers. coniug. & in. c. si inter & in. c. fin. despon. duo. Fely. in d. c. tertio loco. Anca. cõs. 21. col. 2. Dec. cons. 540. col. 2. ergo non comprehenditur sub statuto de uxore loquente. Stringo quia in cuiuslibet dispositionis interpretatione ante omnia ad communem usũ loquendi est recurrendum Abb. in. c. nonnulli nu. 3. extra de rescrip. Bar. & Ias. in le talis scriptura de leg. 1. etiam si uerbi proprietas sit in contrarium Bar. in. d. l. labeo. Anca. cons. 52 nu. 9. Grat. lib. 1. cons. 31. nu. 3. & etiam si illa dispositio ad literam seu prout iacet, debeat intelligi Iac. Buts. ĩ proe. digestorum. Abb. & doc. in proem. decreta. Nicon. hic nu. 53. ergo &c.

50 Sed respondetur primo † communem istum usum loquendi vulgarẽ in uerbis legis non attendi, secundũ Bar. in. l. si ita uulneratus supra ad. leg. aquil. Soc. Iun. in d. rub. de no. ope. nun. nu. 91. & 95. Cass. dec. v. uni. de cler. non resi. Cur. Sen. cons. 9. nu. 23 & dixi in rub. extra de consti. q. 4. nu. 24. sic nec in uerbis statuti quod ius commune loci dicitur ut no. in. l. omnes populi de iust. & iu. & in. §. 1 inst. de iu. nat. per Dec. cons. 685. nu. 2. Rolan. lib. 2. com. 35. nu. 6.

51 Secundo † respondetur q̃ aut Abb. Fely. Dec. & alij supra allegati loquuntur de cõmuni usu loquendi latino aut de vulgari, primo casu illum non probant, quia debet induci per communem hominum prudentum interpretationem Paris. lib. 3. cõs. 82. nu. 22. & seqq. vel per maiorem partem populi Cur. Sen. cons. 9. nu. 23. & constare debet de eo tempore conditi statuti Soc. in. l. gallus. §. si eius in fin. de lib. & po. Dec. cõs. 366 nu. 8. Paris. hic nu. 83. q̃ a est facti ideo precise ꝓbari debet Bar. in. l. prouinciales de uer. sig. & in tract. repręsa. 2. q. septimę q. prin. in fin. Io. de Ana. in. c. 1. de Sagitta. Alex. in. l. 5. in prin. nu. 9. de uer. obl. Paris. in rub. de leg. 1. nu. 35. Secundo casu non habet locum in uerbis latinis, & sic nec in legali aut statutaria dispositione Bal. in l. lege xij tab. C. de legi. hę. Alex. in. l. qui ĩ te col. 1. de uer. obl. Fely. in rub. extra de cõsti. in fin. Gomes. in d. §. item siquis in fraudem nu. 34 de actio. Fed. de Sen. cons. 28. Abb. lib. 1. cons. 79. ad fin. Dec. cons. 366. nu. 8. & supra dictum est.

52 Tertio etiam respondetur quod communis usus loquendi non attenditur in priuatiuis ueluti in materia exhęredationis. l. 2. j. de lib. & posth. secũdum quod ibi decla. Aret. in. 3. no. quod enim numerus singularis uerificetur in plurali & equipolleat uniuersali est ex communi usu loquendi . l. in usu de verb. sig. & non ex proprietate . l. fin. ibi quia ei uel eis. j. ad treb. & tamen nõ habet locum in exhęredatione . d. l. 2. per hormam. in rub. infra de no. ope. nun. nu. 85. ita nec in casu nostro in quo de priuatione lucri statutarij agitur quę (quia pœna est. l. in testamento j. manu. testa. Rip. in . l. si cõstante nu. 16. j. eo.) nũquam nisi exprimatur imposita censetur glo. & doc. in. c. vlt. extra de iu. patro. Alex. lib. 6. cons. 92. nu. 17. Tiraq. in. l. si unquam ver. reuertatur

tur nu. 248. C. de reuo. dona.

53 Probatur tertio & vltimo † hęc opin. per tex. in. §. si uxor institu. de nup. ubi sponsa patris non dicitur nouerca filij, & sic nec uxor patris, quia uxor patris dicitur nouerca filij. §. socrum eo. tit. & .l. adoptiuus. §. nunc uidemus supra de ritu nup. ideoq; non conueniunt uerba statuti nec consequenter dispositio conuenire debet arg. not. in .l. 4. §. toties de dãn. infe. in .l. quod constitutum de testi. te. & in .l. hos accusare. §. omnibus de accus.

54 Sed respondetur primo †, retorquendo ex quo illud idē quod ibi disponitur in uxore disponitur etiam in sponsa, ergo, ita in casu nostro statutum loquens in uxore pręcedente locum quoq; sibi uendicabit in sponsa ut statutum in una etiam in alia procedat ut in d. §. si uxor.

55 Secundo † respondetur quod ibi deficiunt uerba & mens disponentis ideo deficit etiā dispositio. l. si ancillas de leg. 1. hic autem, dato quod deficiant uerba non deficit mens ut fuit supra deductum, ideo nimirum si militare debet dispositio ad no. in .l. cum mulier .§. eo. & in §. pen. insti. de eo cui liber. causa cum simi.

56 Tertio etiam respondetur † arg. concludere per contrarium quando scilicet statutū de spōsa loqueretur ut pote qa spōsa patris non dicitur uxor patris, idcoq; statutū loquens in sponsa non habet locum in uxore. Sed nos sumus in casu contrario, quia statutum loquitur in uxore, ideo non concludit argumentum ad spōsam, nam licet contrariorum eadem sit disciplina quo ad cognitionem, contraria tamen est quo ad dispositionem .l. & si contra de vulg. l. fin. §. si. de leg. 3. l. si ut proponis. 2. C. de nup. doc. in rub. infra de acq. poss.

57 Pro resolutione † huius arduę utilis & satis inter doctores controuersę. q. ego amplector primam & affirmatiuam sententiā cum declarationibus tamen & restrictionibus infra subijciendis ex quibus opinionum concordia de facili elijci poterit.

38 Secundo † respõderi potest quod ibi durat nomen prędij dotalis so. ma. ꝓpter reliquias pręcedentis matrimonij consistentes maxime in restitutione dotis seu prędij dotalis mulieri aut hęredibus suis l. 2. in prin. infra. eo. consistentes etiam in prohibitione alienationis & obligationis. l. 1. in fin. & . l. 4. & . l. dotale illo eo. ti. & ideo ni mirũ si cessante matrimonio non cessat dotalis prędij nomen arg. l. 2. & seq. j. re. amo. l. ex duobus de vulg. & . l. & pupill. l. unius. §. infra de quęstio. & . l. seruos non solum & ibi glo. C. eo. tit.

39 Tertio † etiam responderi potest retorquẽdo, quia si alias appellatio prędij dotalis ex ui suę proprię significationis traheretur ad tempus soluti matrimonij frustra ac superfluo illius legis emanasset dispositio, quia expręssio eorum quæ tacite insunt nihil operatur. l. 3. de leg. 1. l. iam dubitari & . l. cornelius de hęr. insti. & . l. aliquando & ibi Bar. de cond. & de. unde cum tex. ibi expręssim determinet so. ma. etiam dotale prędium dici, apparet id nõ ex ui verborũ sed ex iuris dispositione procedere, quę potuit aliunde quam a propria significatione moueri, ideo necessario non probat hanc sententiam arg. not. in. l. non hoc. C. vnde legi. in l. neq; natales. C. de proba.

40 Probatur † quarto in. l. si pater ignorans. j. eo. ubi si pater ignorans diuertisse filiam genero dotem promissam soluerit, repetere potest per act. de dote, & non per condictionem indebiti, ex quo sequitur ibi so. ma. dotem esse & pro ea recuperanda actionem de dote competere quę nisi dos data sit competere non potest ut in. l. uni. C. de rei uxo. ac. & ĩ. §. fuerat Inst. de actio. ex quo qualitas sine subiecto esse nõ potest. l. pen. si cer. pet. l. fi. de colla. bon. Et quod ualeat ista consequentia cõpetit actio de dote ergo dos est, (quicquid aliter dixerit hic Rip. nu. 71.) adducitur tex. in. l. 1. C. de cond. ob causam ubi quando nõ tenuit matrimonium & sic nec dos fuit. l. 3. supra de iu. dot. l. fin. §. sicut C. de dona. ante nup. non competit actio de dote sed per cõdictionem ob causam dos repetitur, ergo e conuerso ubi fuit matrimonium & dos ibi etiam actio de dote competit ut eadem sit cognitio cõtrariorũ ad no. in. l. 1. supra de his qui sunt sui uel alie. iur. & in rub. infra de aeq. poss. cum simi.

41 Sed † responderi potest primo ibi appellari dotem & actionem de dote competere habito respectu ad pręteritum matrimonium ex cuius dissolutionis intuitu ea actio datur. l. 2. in prin. infra eo. l. uni. §. ex actio. C. de rei uxo. ac. & . §. fuerat de actio. & sic non dici dotem per se & simpliciter sed propter aliud scilicet quia nomini illius seruit actionis & consequenter enunciatiue iuxta no. per Bal. in. l. si uoluntate C. de fideicom. liber. & in . l. 1. nu. 9. C. de falsa causa adie. ex qua non elijcitur legitima probatio . l. hac scriptura ubi Bar. infra de dona. scrib. in . l. publia in fin. supra deposi. & in. l. ex his. C. de testa. mi.

42 Secundo † responderi potest non ualere consequentiam, competit actio de dote, ergo eodem tempore dos est, quia sat est dotem per prius fuisse in esse deductam licet eo tempore desierit aliqua de causa dotem esse ueluti quia oneribus matrimonij tunc deseruire non possit, hoc probatur in . l. in rebus . §. omnis iuncta . l. pro oneribus. C. de iu. dot. ubi actio de dote non competit constãte matrimonio quia dos ratione fructuum debet oneribus matrimonij deseruire, & sic constante matrimonio est dos & nõ actio de dote ita & e cõuerso soluto matrimonio est actio de dote licet non sit dos ut idem operetur propositum in proposito

quod

quod oppositum in opposito iuxta not. in
l.fin.§.fin.de lega.3.in.l.ab emptione in fi.
de pac.Bal.in .l.cum muliet intra eo.

43 Tertio † & ultimo responderi potest ꝙ
quando agitur actione de dote, dos stat de
monstratiue ad speciem seu qualiratem ae
tionis & non dispositiue ad not.per Bat.in
l. cum pater .§. mensę de leg.2. quia actio
stat principaliter dos demonstratiue ad ae
tionis speciem, ideo non infert ueceſſario
proprie dorem dici uel dotem esse, iuxta
theor. Bar. in.l.fin.§.titia de libe.leg.in.l.
centurio nu.31.&ibi etiam Ias. nn. 51. de
vulg.Pau.Castr.lib.2.cons.388 eol. t. Cra
ue.cons.301 nu.5.

44 Probatur † quinto & ultimo ea ratione
nam actio hypotecaria sine personali in es
se deduei non potest.l.grege.§.si sub condi
tione supra de pigno. & tamen postquam
est in esse deducta temanet sublata actio-
ne personali.l.2.supra de lui.pigno.ita di-
cendum est in dote quod licet absq; matri
monio inesse deduci non posit, tamen se-
mel in esse deducta cessante mattimouio
deficere non debeat pet arg.a simili .l. non
possunt supra de legi.c.inter cęteras de re-
scrip.&.§.recte inst.de mand.

45 Sed † huic motiuo responderi potest pro
cedere ab actione hyporecaria ad actioné
de dote quia inrer eas aliqua potest esse si-
militudo, non autem ab actione hypote-
caria ad ipsam solam doté quę intetse dis-
ferunt nomine substantia & effectu ad not.
in.l.si idē C.de codi.in. l.iulianus ad exib.
& in.l.rem non nouam.C.de iud.pet Euet.
in cent.in lo.ab effectu.Gammar.3. diale.
lega.in lo.de prędiea.substan. id eo de vna
ad aliam non inferendum.l.papin.exuli de
mino.l.fin.de calum.&.l.naturaliter .§. ni-
hil commune de acq.poss.

46 Secundo † responderi potest arg. proce-
dere dum taxat quando actio personalis ex
pirat tempore secus si alio modo finiatur
l.soluitur supra qui. mo. pignus uel hypo.
sol.& hic pet Rip.nu.71.

47 Cęterum † pro resolutione huius quęstio
nis ego amplector hanc secundam & affir-
matiuam ac communem sententiā quā te-
nuit etiā Anguss.lib.5.cōs.x.nu.6.&Rolan.
de lucro dot.q.88 nu.3. Quam primo ꝓ-
bo pet tex.in.l.fin.in prin.cū glo.infra tem
rat.habe. ubi dicitur quod patet doté a se
datam genero repetit& so.ma.pet mottem
filiæ non interest mariti dotem patri resti-
tuere, subdit glo.dotem restitui sibi marito
a patre cum eadem sit restituturus patri, &
sic ibi probatur quod eadem dos quæ fuit
soluta genero, debet so.ma.restitui, atqui
illa quę fuit prius soluta erat proprie dos,
ergo ita etiā ea quæ solu. matr. restituitur.

Secundo probo per tex.in.l.titio centū
§.titio genero infra de cond.& de. ubi lega
tum solutum post diuortium in dotem con
uertitur, sed diuortio soluitur matrimoni
um.l.1.supra de diuor.l.consensu .C.de re
pud.ergo so.ma.dos est.

Tertio per tex.in.l.dos a patre profecta
C.eo.ubi dos a parte ꝓfecta debet so. ma.
ad patrem reuerti, sed cum fuit a patre pro
fecta proprie dos erat ergo ita so.ma.cum
ad patrem redit, ex quo illa eadem data,
est restituenda ar.l.uerbum reddēdi de uer.
sig.nec mutatio pręsumatur.l.non ad ea de
cond.& de.l.sancimus.C.de testa.l.pręcipi
mus in fin.C.de app.l.fin.C.de noua.l. 1.j.
de aur.& arg.leg.l.item quæritur supra lo-
cati.l.cum tacitum de ꝓba.&.l.usum aquę
C.de aquę ductu lib.xj.

Quarto & ultimo per tex. in .l. in rebus
§.omnis .C.de iu.dot.ubi actio de dote so
luto demum matrimonio mulieri compe-
tit, eoq; tempore contra eam exceptiones
possunt opponi,& sic so.ma.iuris remedia
pro dote instituta cōpetunt, quo fit ut dos
tanquam subiectum necessario sit supponé
da ar.not.in.l.pen.si cet.pet.in.l.fin. de col
la.bon.& in.l.4.§.fin.de act.emp. per Bal.
lib.5.cons. 285 col.1. Aquens.in.l.pompo
nius.§.cum qs col.1.de acq. poss.Aret.cōs.
144 col.pe.Crot.lib.3.cons.301.nu.x.

48 Amplio † hanc conclusionem primo ꝓ
cedere non solum ex proprietate nominis
idest ex ui uocabuli ei attributa ab intelle-
ctu ad exprimendum apte & proprie men-
tis conceptum Bal.in.l.1.in 3.opp.in fi.de
iust.& iu.Gammar.1. dialecti. leg. in loco
ab interpreta.uerum etiā ex cōmuni usu lo
quendi legislatorum qui passim so.ma. do
tem appellant ut in toto hoc tit.& in rub.&
nigr.C.eo. & alibi sępe. Vnde dicebat not.
Bar.in.l.labeo ī prin.j.de supp.leg. ꝙ com-
munis usus loquendi interdum uerois etiā
proprietaté tribuit Bal.in.l.fin.ad fin.C.de
sacros.eccl. & in .l. fin.nu.35.C.de hær.in
sti.Alex.lib.3.cons. 82.nu.15. & interdum
etiā proprietati pfertur bar. in.l.omnes po
puli nu.58.de iust.&iu.Anea.cōs.152.n.5.

49 Amplio † secundo procedere non solum
quoad nudum nomen dotis quia so.ma.di
citur dos, uerum etiam quo ad iuris effe-
ctum quia dos multa habet priuilegia solu
to matrimonio sibi a iure indulta de qui-
bus in.l. vni. C. de rei uxo. ac. in .l. assi-
duis .C. qui potio. in pigno. ha. per glo.
& doc. in .l. 1. infra eo. & Bal. Nouell.
de dote par. 8. per tot. & inter cętera
cum dos solu. matri. peruenit ad eum qui
iterum dotare tenetur, eam pro futuro etiā
matrimonio conseruare tenetur auth. sed
quamuis C.de rei uxo.ac.l.si socius ꝓ filia

ſupra pro Soc.& infra nu.79.etiã dicemus.

50 Amplio tertio ꝓcedere non ſolũ in ma
teria fauorabili,uel indifferenti, uerum eti
am in odioſa &pęnali uel alias ſtricte intel
ligẽda, ex quo etiã in odioſis & pęnalibus
fit interpretatio ſecundum quod uerbo-
rum proprietas patitur Aret.in.l.cum lege
j.de teſta.Alcia. in.l.1.§.ſi ſtipulanti nu. 5.
de uer. ob. quinimmo in eis n uerborum
pro prietate in dubio non eſt recedendum
ut in l.cum quidam infra de lib. & po.& in
reg.odia lib. 6.

51 Limito † etiam hanc concluſionem pri-
mo non procedere quando ſolutum eſt
matrimonium per mortem uxoris cum
filijs quia tunc ſtatim deſinit eſſe dos, &
patrimonium filiorum incipit eſſe ſecun-
dum Soc.& Parp.hic nu. xj. & pater in eo
uſumfructum ut in cęteris bonis filiorum
habet .l. 1. & 2. C. de bo. quę lib. l. pen.
& fin.C. de bon.mater.

52 Limito † ſecundo non procedere quo ad
uim uſucapiendi titulo pro dote, ex quo is
titulus ſoluto matrimonio ceſſat .l.1.§.cę
terum infra pro dote & ſine titulo & bona
fide uſucapio non ꝓcedit.l.vni.C. de uſu-
ca.transfor.& inſti.eo. in prin.&.l.longi &
l.diutina .C.de pręſcrip.longi tempo. & in
c.ſi.extra de pſcrip.& in.c.poſſeſſor de reg.
jur. lib. 6.

53 Limito † tertio non procedere quan-
do matrimonium propter legis interdi-
ctum eſſet ſolutum ueluti quia fuerat in
gradu a lege prohibito contractum ut in
.§. ergo inſt. de nup. & in .l. nuptię ſupra
de ritu nup. quia tunc ſoluto matrimonio
non eſt proprie dos, prout nec antea fuit
ut in .l. inceſtę. ſupra de ritu nup. & in
§. pen. inſti. de nup. juxta illud ſi te pri-
ueris nec nomen habere mereris glo. in .c.
cor epiſcopi 68.di.& in .c.admonere 33.q.
2.Boe.q.306.nu.xj.

54 Limito † quarto non procedere quando
aliter dictaret conſuetudo quę a doctis re-
cepta uocabulis proprietaté tribuit Berég.
in.l.vni.nu.281.C.de ſent.quę ꝓ eo quod
int.dicitur.n.conſuetudo altera natura.l.ſi
quis poſthumos in prin.de lib.& po.glo.in
l.actor C. de proba.& lex non ſcripta.§.cõ
ſtat iuncto.§.ex non ſcripto inſti.de iu.nat.
&.l.fin.C.quæ ſit lon.conſue.l.de qbus ubi
not.ſupra de legi.

55 Limito † quinto non procedere quando
dos aliqua ratione ſoluto matrimonio eſ-
ſet penes uirum remanſura quia tunc defi-
nit dotis nomen babere ut in.l.cõſenſu .C.
de repud.& in.§.mitiores in fi.auct.de nup.
&per Io.Bolog.hic nu.152.prout continge
re poteſt in quota ſtatutaria uiro debita qñ
uxor in matrimonio ſine liberis pdeceſſit

de qua ſup ra q.pręced.nu.16. & ſeqq. dixi

56 Secunda quęſtio eſt †, an dos ſoluto ma
trimonio recuperata adhuc dicatur ꝓprie
dos? In quo etiam articulo duę ſunt & con
trariæ ſcriben.ſentẽtię Prima enim & com
munis eſt negatiua quã tenuerũt Pau.Caſt.
lib.1.cõſ.198 nu.3.Soc.lib.1.cõſ.121.col.
antepen.Bal.Nouell.de dote par.1.nu.15.
Manr. lib. 1. conſ. 80. nu. xj. & conſ. 86.
nu. 12. & hic Pau. & Aret. nu. 2. Iaſ. 1.
Soc.&Parp.12.Ruin.13.Pont.14.Aquens.
15. & pro communi ſententia Alcia. 25.
Rip. 71. & Saluio. 107.

57 Probatur † primo per tex.in.l.fin.C.cõ-
munia utriuſq; iud.ubi filia doté recupera
tam quaſi paternę ſubſtantię factã tenetur
conferre fratribus cum qbus hæreditatem
patris diuidere intendit. Et licet ibi ad ſit
dic.quaſi, q̃ alias impropríetaté ſignificat
l.nec ullã ſup de peti.hæ.ideo non ꝓprie di
catur facta ſubſtãtia patris,ſed quaſi,quod
bis in ea lege repetitur,& ſic ꝓprie ſit ſub-
ſtantia filię prout hic dicebat Pont. nu.14.
Tamen quia ibi ponitur in clauſula p mo-
dum cauſæ poſita non dicitur impropriare
diſpoſitionem ut no.in.l. ſiqs arbitratu de
uer.ob.p Iaſ.in.l.re cõiũcti nu.93.de leg.3

58 Sed huic fundamento † poteſt primo diſ
putando reſponderi ibi ſpeciale eſſe ratio-
ne ęqualitatis ſeruandæ inter fratres&ſoro
res,ut habetur ibi,& in.l.ut liberis & in.l.il
lud .C. de colla.& in.§. illud auct.de nup.
& p viſita. hic nu.26.& habetur in ſimili in
l.fin.C.de fructi.& lit. expens.in c.1. de re
iud.lib.6.& per Mars.not.168.

59 Secundo † reſponderi poteſt ꝙ ibi non
tractatur de dote ſimpliciter & abſolute,
ſed de dote recuperata, & ſic relatiue, &
excluſiue ad tempus conſtantis matrimo-
nij quo fuit penes uirum & proprie dos
.l. vni .C. ſi dos conſtan. ma. ideo ni mi-
rum ſi improprie ar .l. item prætor infra
de ſuis & legi.cũ id quod de vno tempore
dicitur de alio denegetur .l. imperator de
poſtulan. Bal. in .l. ſi vnus .§. 1. ſupra de
pact.& in.l.2.nu. 5. C. de lib.prętę.

60 Tertio † etiam reſponderi poteſt quod
ille tex. loquitur principaliter quoad col-
lationem, & dum de dote facit mentio-
nem tempus conſtitutæ dotis & non recu-
peratæ reſpicit ut ibi in priu. quando au-
tem de tempore recuperatæ dotis loquitur
nunquam dotem nuncupat, ſed res ad pa-
trem reuerſas appellat, ut in uers. & nihil
de huiuſmodi rebus &c. & ibi pręcipue
hanc partem uendicare &c.& ibi quod ad
patrem reuertitur uel peruenit,& ideo ſub-
intrat regula ubi verba non conueniunt,
nec cõuenit diſpoſitio.l.4.§.toties de dãn.
infe.c.ex parte de conceſſ.pręb. cum ſimi.

Probatur

61 Probatur † secundo in.l.3.§.toties supra de fun.dot.ubi fundus dotalis toties inalienabilis est quoties actio de dote competit uel cōpetitura est mulieri, atqui dote iam recuperata actio de dote nō competit nec competitura est mulieri, quia solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio & consequenter actio .l.solutionis uerbo de uer.sig.& in insti.qui.mo.toll.ob. in prin.ergo &c. Comprobo indncendo illū tex.etiam a contrario sensu eum Cro. hic nu.15.quia ubi actio non competit nec est competitura ut in casu quo praecessit recuperatio non dicitur fundus dotalis nec inalienabilis, & sic neq; dos ar.no.in.l. 1. supra de offi. eius.in.l.qui testamento.§. mulier de testa.in.c.cum uirum de regula.&in c. uni apostolica de his quę fi.a prela.

62 Nec ob.si negetur consequentia † quia constante matrimonio nō competit actio de dote nec est competitura.l.vni.C.si dos constan. matri.& pro communi sententia Necus.de pigno.8.par.2.membr. nu. 1. & Toler.lib.communium opin uer. dos. nu. 167.quia oneribus matrimonij deseruire debet.l.in rebus.§.omnis iuncta.l. pro oneribus.C. de iu.dot.& tamē dos est,ut supra q.praeced.nu.2.& seqq. diximus. Quia respondetur q etiam constante matrimonio quando subest causa legibus approbata actio de dote competit & est ad dotis recuperationem competitura ut in .l.si constante in prin.& in.l.si marito infra eo.& in.l.ubi adhuc C.de iu.dot.

63 Cęterum † huic motiuo respondert potest primo q tex.ille procedit quo ad nim prohibitiuam alienationis, non quoad nomen dotis eiusq; significationem, & sic nō quoad nomē prout nos loquimur sed quo ad illum iuris effectum ad no.per glo. in l.sed nisi supra de iu.dot.in.l.curatores .§. fin. de admi.rerum ad ciui. perti.per Pau. Castr. lib.2.cons.270.nu.2. & inducta ad vnum finem non debent ad alium trahi. l. quod fauore.C. de legi.l.legata inutiliter de adim.lega.l.nomen.§.fin.de leg.3.& .c. maiores.§.sed adhuc extra de baptisin.

64 Secundo responderi potest † q dato etiam q fundus dotalis recuperatione facta alienabilis fit, non tamen sequitur q propterea sit uel non sit proprie dos, quia per defectum accidentis rei substantia nonmutatur Bal.in.l.2.in prin.C.de bon. poss. secundum tab. & in.l.pen.ad fin.supra si cer. pet.Bero.in.c.Raynutius nu.300. extra de testa.Neuiz.lib.1.Syluę nup.uer.a qualitate nu. 168. Gomes.in.§.in personā nu.15. inst.de act.Ruin.lib.5.cons.t 14.nu.7.

65 Tertio † etiam responderi potest arg. a contrario sensu ibi cessate, ex quo ea verba per modum causę impulsiuę ponuntur quia actio de dote nō est causa finalis quare fundus dotalis inalienabilis sit sed impulsiua, a cuius causę contrario sensu non licet arguere Euer. in cent. in loco a con tra.sen.scrib.in.l.1.ubi lo. Bolog. nu. 102. sub de offi.eius. doc.in.l.cōuenticula C.de epi.& cler.Tiraq.de causa cess.lim . 1.n.9.

66 Probatur † tertio in.l.si pater.2.supra de iu.dot.in fin.ubi ꝓmissio dotis causa mortis filię & sic post mortem filię nubentis facta non ualet quia nulla dos est quę oneribus matrimonij seruire non potest.

Nec obst.si dicatur ibi pactum illud nō ualere quia est contra naturam dotis pactum solutionis in tempus quo oneribus matrimonij seruire non potest.l.dotis fructus supra de iu.do.l. pro oneribus .C.eo. &pactum contra naturam uel substantiam actus qui geritur non ualet.l.cum precario infra de preca. Quoniam respondetur q cum constitutio dotis tanquam actus principalis, & non solutio tanquam eius effectus debeat attendi ad no.in .l. si quis nec causam supra si cer.pet. in l.quaeritur de sta. ho. non est absolute uerum q hoc pactum sit contra naturam & substantiam actus,& q propterea nō ualeat,quia immo ualet matrimonium contractum sine dote l. quod si nulla supra de relig. & sump. fune.uel. cū pacto q maritus habeat fructus dotis, & uxor substineat onera matrimonij ut ꝑ Ang.cōs.180.n.2.& Ang.& sequaces hic.

67 Cęterum † huic motiuo respondetur primo q ibi dos nec actu nec habitu potest matrimonij oneribus deseruire, ex quo post mortem nubentis est soluenda,hic uero licet actu non seruiat habitu tamen seruire dicitur,ex quo mulier cum eadem dote rursus nubere poterit ar. l.si socius supra ꝓ Soc.& auth.sed quis.C.de rei uxo.actio.

68 Secundo † responderi potest q ibi actus ab initio erat imperfectus quia dos promissa & non tradita substinenti onera matrimonij ideo perueniens ad eum casum a quo incipere non poterat non conualidatur iuxta no. in .l. inter stipulantem. §. sacram de uer.obl. & in.l. ꝓ parte ubi Bar. ī de seruitu.&nos.j.q.15.n.5 latius dicemus

69 Tertio † etiam respondetur illum tex.loqui de dote quo ad iuris effectum ab essentia dotis prouenientem non de nomine uel eius significatione prout nos loquimur ut pater ex uer.est quod essētiā vel substantiā significat.Bar.i.l.si maritus.§.legis de adul te.Bal.lib. 3.cons.49 r.uisa petitione col.1 & lib.1.cons.274.verba col.2.Rip. in rub. extra de consti.nu.6.Tiraq.in.l.si unquam uer.reuertatur nu.181.C.de reuo.don. & i tract.de tetra.conuen.§.1.glo.5.nu.18.

70 Probatur † quarto & vltimo ea ratione quia ficut hȩreditas ius uninersale est.l. nihil aliud de ver.sig.l.hȩreditas de reg. iur. ita etiam dos, Bat. infra nu.18 & seq. quem doc. communiter sequuntur prout de communi testantur Alcia.nu.16.& Soc.iun.20. At hȩreditas adita desinit esse hȩreditas .l. sed si plures .§. filio de vulg. ergo ita etiam dos recuperata debet desinere esse dos & patrimonium mulieris nuncupari ar.l. 3. §. sed vtrum supra de mino.

Nec ob. si dicatur diuersam esse ratioñe inter casum & casum quia hȩreditas habet titulum lucratiuum.l.1.§. lucratiuas.C.de impo.lucra.descrip.lib.x.l. si hȩreditatem supra mand. dos onerosum.d.l.pro oneribus Bar. & doc. infra in diffinitione dotis. nu.21. Quoniam respondetur quod etiam dos ex parte mulieris titulum lucratiuum habet d.§.sed utrum. iuncta .l. nam quod §.fin.cum.ll.seqq.j. ad treb. licet maritus habeat eam titulo oneroso ut supra, & ea differentia tanquam extrinseca & seorsum a subiecto principali posita non est curanda ar. no. in.l.regula .§.fin.de iu. & fac. igno.per Alcia.in.c.cum non ab homine nu. x.extra de Iudi.& Ceph. lib.1.cons.5.in fi.

71 Cȩterum † huic etiam motiuo responderi potest primo quod etiam hȩreditas post aditionem remanet hȩreditas & quoad titulum nomē hȩreditatis retinet.l.1.j. ꝓ hȩre. glos. in.l.pro hȩrede supra de peti.hȩ. ergo ita etiam dos post recuperationem debet dos quo ad titulum reputari, & dos appellari per ar.a retorquutione.l.1..l.siquis iniquum supra quod quisq; iur.

72 Secundo respondetur † quod a qualitate ad substantiam non tenet argumentum q̄ a mutatione qualitatis rei substantia nō mutatur l.si fundus .§. si res supra de pigno. l. qualiter.§.inde infra de fideicom.lib. & .§. minus Insti.de hȩr.quȩ ab inte. Gomes. in §.in personam nu.15 de actio.Ruyn.lib.5. cons.114.nu.7.unde licet dos recuperetur & hȩreditas adeatur & sic de persona ad ꝑsonam transferatur, natura & essentia earū mutari uel alterari non debet.

73 Tertio † etiam respondetur quod dato quod hȩreditas & dos in eo accidenti conueniant quia vtraq; sit ius vniuersale, non propterea vna secundum aliam denominari debet, cum denominatio non ab accidēti sed ab essentiali natura rei sit facienda. Bar.in.l.cotem ferro.§.qui maximos .j. de publican.& in sua.q.incip.publicanus Ias. in rub. de leg.1. nu.17. uel a principaliori aut efficaciori parte sui.l. non solum.§. fin. de vsuca.c.ad quȩstiones de re.per mu.Bar. in.l.aristo.in prin. de dona. & in.l. si quis ante de acq.poss.Craue.in rub.de leg.1.nu. 142.& seqq. cum simi.

Contrariam & affirmatiuam sententiam tenuit Bal.in.l.1.ubi etiam Ias.nu.9.C. vn de vir & vxor.Campeg.de dote.3. q. primȩ par.& hic Cror.nu.16. Visita. 26. & seq. & Soc.iun.73.par.1.

74 Probatur horum sententia † primo per tex.in.l.2.supra de iu.dot.ubi absolute dicitur interesse reipub.mulieres dotes saluas habere ut nubere possint, & sic etiam post recuperationem ut iterum & quandocunq; nubere ualeant; Et licet ibi ponatur ratio legis prȩcedētis ubi matrimonium fuit contractum secundum Io.anni. nu.117. Tamen replicari potest quod ratio generalis extendit dispositionem etiam ultra dictum principale.l.regula.§.fi.supra de iur.& fac. igno. immo ratio ut sit bona debet ipso dicto generalior esse glo.in.l.fin.supra de offi.procu.cȩ.Bar.in.l.qui interrogatus de peti.hȩ. doc.cōmuniter in.l.2.§.1.si cer. pet.

75 Verum † huic motiuo responderi potest primo illum tex.loqui de dote & pro claro supponere dotem esse, dicit enim interesse reip.mulieres dotes habentes eas saluas habere, nos autem disputare an dos recuperata dicatur & sit proprie dos & sic mulier dicatur tunc proprie habere dotem & sic an dispositio illius tex. & similium in quȩstione nostra procedat, merito in eo fundamētum fieri non posse, ne quodammodo probare in causa propria uelle videatur cōtra not.in.l.nullus supra de testi.& in.l.omnibus .C.eo.cum sim.

76 Secundo † responderi potest illum tex. intelligi debere de mulieribus prima vice nubere volentibus & sic de dote simpliciter & non de recuperata, tum quia verba pro prima uice & per prius in dubio intelliguntur.l.boues .§.hoc sermone de ver. sig. l.qui liberis .§. hȩc verba de vulg. tum etiā q̄a mulier secūdo nubens nō dicitur simpliciter & absolute nubere sed renubere seu secūdas nuptias cōtrahere ut in rub.& nig.C. de secun.nup. & verba simpliciter & ꝓprie & non secundū quid intelligi debent ut no. in.l.1.§.si is qui nauem de exercito.in.l.3.§ hec verba de nego.ge. & in.l. fin. C. de his qui veni.ȩta.inpetra.

77 Tertio † etiam responderi potest illum tex. loqui quoad qualitatem saluandi & cōseruandi dotes scilicet in rerum natura existentes quia qualitas supponit subiectum adesse.l.eiusqui i ꝓuincia supra si cer. pet. Bar.in tract.de testi. vet. qualitas in prin. Card.cons.29.nu.12.Alex.in .l. pomponius.§.& sed legatario nu.4.de acq.poss.Ias.in l.1.nu.44.de leg.1.& dubium de vno cȩtera supponit habilia.l.qui testamento infra de testa.l.sciendum infra manu. testa.c. 1. de ȩta.

de ęta.& quali.lib.6.per Dec.in.c.quę in ecclesiarum nu.2.de constitu.

78 Probatur † secundo in.l.si socius pro filia supra pro Soc. ubi si pater recuperauerit dotem filię de bonis communibus cum socijs patris dotatę tenetur eandem dotem filię pro secundo matrimonio conseruare & filię secundo nubenti reddere, quia dicitur cũ causa sua recuperasse, ut pro secũdis nuptijs possit inseruire, & sic dos recuperata remanet dos nomine & effectu ut etiã habetur in auth. sed quamuis.C.de rei uxo.act. Et licet dicatur ibi dotem recuperari cum causa sua idest cum onere inseruiendi secundis nuptijs arg.l.si conuenerit.§.si fundus de pigno.ac.&.l.via.§.si fundus. supra de seruit. rusti. pręd. quod non est in casu nostro; tamẽ replicari potest quod illud ꝓuenit a naturali & intrinseca essentia dotis quę (vt oneribus matrimonij seruiat) fuit inducta ut ex ipsius diffinitione patet ideoq; ob id non alteratur eius natura .c. Abbate de ver. sig.Bal. in.l. pen. ad fi. sup̃ si cer. pet. & in.l.2. in prin. C. de bo. poss. secundum tab.

79 Sed † responderi potest primo ꝙ ibi dos non a muliere sed ab alio nempe ab eius parte fuit recuperata ideo ibi dos permanet, & recuperans iterum dotare seu restituere tenetur Aret. in.l. pomponius .§. in dotem infra de acq.poss.Ias.pro communi sententia in.l. maritus nu.9.C. vnde uir & uxor.& Tolet.lib.communium opin. ver. dos nu.166.

80 Secundo † responderi potest ibi dotem dici fauore mulieris habẽtis a lege ius quęsitum in ea pro secundis nuptijs ar.l.fin.supra quando actio de pecul. & in auth. sed quamuis .C.de rei vxo.ac.& hic per Paris. nu.78.cum sim.

81 Tertio † responderi potest ibi speciale esse propter officium paternum quod uersatur in dotando filiam.l.fin.C.de dot.promiss.l.qui liberos supra de ritu nup. Etiã iterum & toties quoties nubere intendit, nisi dolo priorem dotem cõsumpserit Bar. Bal.& doct.in.l.si cum dotem.§.1.infra eo. Guil.de ludo.sing.110.glo.est,Boer.q.131 nu.5.& seq.

Quod secus est in alijs dotantibus quibus satis est dotasse semel.l.dotis promissio vet.vlt.supra de iure dot.spe.in ti.qui filij sint legi.ver.sed pone Bal.in.d.l.si socius pro filia in lect.anti.pro soc.Ias.in.l.duobus.§. si ei qui col.2.de iureiur.& in.§. fuerat col.pen.iusti.de actio.& Tiraq.in.l.boues.§.hoc sermone in prin.nu.3.de ver.sig.

82 Probatur † tertio in.l.vni.§. & cum lex. C. de rei vxo. act. ubi lex iulia statuit ob fragilitatem sexus muliebris fundum dotalem inalienabilem esse etiam de ipsius mulieris consensu, quod in dote quoq; recuperata per mulierem locum sibi vendicat ex identitate rationis muliebris fragilitatis arg.l.illud supra ad leg.aquil. Et licet dicatur illum tex.procedere in mulieribus nuptis, ne blandirijs virorum seducantur, tamen replicari potest quod ratio fragilitatis sexus ibi expressa est generalis quo ad omnes mulieres ideo etiam dispositio ad omnes tam nuptas quam non nuptas mulieres generalis esse debet.l. regula .§. fin. de iur.& fac.igno.l.2.§. si mater ad tertull. & l.nomen debitoris.§.fin.de leg.3.

83 Verum † huic fundamento responderi potest primo illum tex.loqui quoad prohibitionem alienationis & sic quoad illum tantum indiuiduum seu iuris effectum & non quoad denominationem de qua nullũ uerbum, ideoq; dispositio illa inducta ad vnum finem ad alium trahi non debere .l. legata inutiliter de adim. leg.l.quod fauore C.de legi.l.nomen.§ fi.de leg.3.l.2.ante fi.C.de iur.calum.&.c.maiores.§.sed adhuc de baptism.

84 Secundo † responderi potest illum tex. non loqui in dote simpliciter sumpta, sed in fundo dotali qui differt a dote ut qualitas a substantia seu accidens a subiecto, & ut res singularis ab vniuersali ut etiam supra nu.34.dictum est.

85 Probatur † quarto in.l.pomponius.§.in dotem infra de acq. poss. ubi accessio rei in dotem datę datur marito uel vxori, marito constante matrimonio, vxori so. ma. & recuperatione facta, sed constante matrimonio erat proprie accessio dotis & sic etiam dos quia qualitas supponit subiectũ d.l.eiusqui in prouincia si cer. per. ita etiam matrimonio soluto & recuperatione a muliere facta erit ꝓprie dos, ut duo determinabilia sub eadem determinatione posita pariformiter determinentur ar. no. in l.iam hoc iure infra de vulg.in.l. quamuis .C.de impub.cum siml.

Et si dicatur ibi dotem constante matrimonio restitutam fuisse contra .l.vni. C. si dos constan. matrimo. replicari potest ꝙ immo facto diuortio uel mortuo uiro ibi supponi debet dos recuperata quia in dubio debet fieri interpretatio pro intellectu quo receditur a iure communi minus quã sit possibile Soc.in.l.in ambiguo de rebus dub.doc.in .c.dilectus de consue.Grat. li. 1.cons.47 nu.6.& cons.134 nu. 18.

86 Cęterum † huic quoq; motiuo responderi potest primo retorquendo ex quo ibi vnus vtitur accessione ex persona alterius secundum Bar.ibi, quo fit ut utroq; casu sit improprie dos quia ex facto alterius uide-

licet

licet so. ma. accessio fiat mulieri ex facto & persona viri constante matrimonio accessio fit viro ex persona & facto mulieris quia in dote a muliere recepta, quod enim fit vni facto seu contemplatione alterius di citur ab eo improprie fieri ut no. in.l.prętor ait supra de eden.& in.l.gallus.§. quid si is.de lib.& posth.

87 Secundo † responderi potest aliter etiam retorquendo quia si so.ma.& recuperatione facta esset dos, vtiq; accessio non fieret vxori sed viro qa dos est quę datur uiro ut patet in diffinitione dotis de qua per Bar. infra nu.21.atconsequens est falsum quia so.ma.accessio fit uxori ut ibi, ergo & antecedens

88 Pro resolutione † huius articuli teneo partem negatiuam & communem quam etiam tenuit sen.ped.dec.21 nu. 20. Primo per tex.in.l.cum in fundo.§.quod si mulier supra de iu.dot.ubi si maritus non percipit vsumfructum sibi ab vxore in dotem datū consolidatur cum proprietate & mulier remanet indotata & sic dote recuperata mulier non dicitur amplius dotem habere.

Secundo quia per recuperationem tollitur actio de dote arg. tex.in insti.quib. mo. oll.ob.inprin.at sublato effectu tollitur etiam causa.l.non cogendum in fi. de procura.quę frustratoria est si ad effectum perduci non potest.l.3.infra quādo dies leg.ced. l.non oportet.de leg.2. merito so.ma.& dote recuperata dos āplius dici nō debet

Tertio qa cui nō conueniunt uerba diffinitionis non conuenit diffinitum no.in .l. 1.§.dolū de dolo i.l.r.de testa.i.l.1.in prin. de acq. poss. sed doti recuperatę a muliere nō cōueniūt verba diffinitionis dotis in eo quod dicitur dotem esse quod datur marito propter onera matrimonij merito &c.

89 Limito †primo hanc conclusionē non ꝓcedere quando dos esset illegitime aut nulliter recuperata quia tūc dotis nomen retinet ar.l.si cum dotem §.si post infra eo.& ꝓ Ias.hic nu.xi.& Aquens.r3.paria enim sūt dotem non esse recuperatam uel esse illegitime recuperatam.l.si aut nullum.C. de legi.hęre.&.l.quoties supra qui sat. cog. & l. 1.§.pen.quo.lega.

90 Limito † secūdo non procedere in dote recuperata ab alio quā a muliere qui eā conseruare tenetur ut in.l.fin.C. cōmunia vtr. iu.&i.d.l.si socius ꝓ filia & i d.auth.sed quāuis & per Aret.in d.§. i dotem & Ias.hic nu. xi.Dec.cons.35.sub nu.6.& pro communi sententia Ias.in.l.maritus nu 9.C.vnde vir & vxor & Tolet.lib.cōmunium opi.ver.dos nu.166.sicut dicitur de hęreditate adita cū onere restituendi in.§.restituta Insti.de fidei com.hę.&in.l.1.& per tot.tit.infra ad treb.

91 Limito†tertio non procedere contra creditores mariti, cōtra quos apud quamcunque personam dos sit dos remanet& sua priuilegia retinet ut i .l. assiduis §.ad hęc.ver. & ideo.C.qui potio. in pigno. ha. res enim inter alios acta alijs non pręiudicat .l. uni. C.res int.alios ac.glo.& doc.in .c. pen. extra de re iud. ideo debita cōtracta ꝑ virum vxori pręiudicare non debent .d.l.assiduis §.oportebat.cū nō debeat alteri palterū ini qua conditio inferri.l. non debetde reg.iur.

92 Limito † quarto non procedere fauore eorum quibus antea erat ius quęsitum ar. l.fin.supra quando actio de pecul.ubi licet mortuo seruo desinat esse peculium tamen fauore creditorum ꝑpter accessiones & decessiones etiam durare intelligitur, ius enim alteri quęsitum non potest ab eo sine eius facto auferri .l. id quod nostrum de reg.iur.l.cum mādati.C.mand.per Tira q. de retra.conuen.§.1.glos.7. nu. 20. ubi ampliat vt per eum

93 Limito † quinto non procedere quando alias dispositio de dote loquens nisi ad dotē recuperatā referretur, esset inutilis sup vacanea& sine effectu aliqd operādi adno. i.l.si.§.si.C.de bo.q lib, i.l.si.i si.C.cōia de lega. i.l.si qñ i prin.C.de inoffi.te.& in.c.in his extra de priuil. & in.c.si papa eo. tit. li. 6.dum modo ex hoc aliquis indebite dānū non patiatur ar.no.per glo.& doc.in.l. si.§. ī cōputatione.C.de iu.delr.Bar.i.l.2.C.de nox.act.Abb.li.1.cōs.r9.&cons.44.col.si.

94 Limito sexto†nō procedere latissime seu etiam improprie loqnēdo quia ita dotis nomē retinet apud quemcunque & quacunque de causa sit ut in.l.2.§.fi. & in.l. seię.§. prędia infra de fun.instru.&in.c.sicut de cōsecra. ecc.Bar.in.l.titio centum .§.titio genero de cond.&de.Bal.no. de dote par. 1. Alciā. hic nu.15.

95 Limito † septimo non procedere quando constaret de contraria mente proferentis ar.l.non aliter ī prin.de leg.3.l.ille aut ille eo.t it .l.si seruus plurium §.fin.de leg. 1.cui verba aptari debent & non e contra l.reprehendenda cum glo.C. de istitu. glo. in.l.nam & ipsum de iust.& iu.doc.in.c. secūdo requiris de app.Bar.in .l.si vero.§.idē papin.supra mand.

96 Limito † Octauo non procedere quoad declarationem nominis dotis semel ad mulieris fauorem factam,quia licet cesset dos respectu matrimonij cessati non tamen cessat ad fauorem mulieris pro sequenti matrimonio ut in.d.l.si socius pro filia supra pro Soc.& in auth.sed quamuis .C. de rei uxo.ac.per quam ita tradit Dec.asserens esse ueram & subtilem responsionem in .d. cons.35.sub nu.6.

SVM-

SVMMA RERVM CAPITA

1 *Statutũ senẽse dictans mulierem habẽtem filios nõ posse nisi de quarta parte dotis disponere residuumq; filijs praeseruare debere, an locum habeat in vidua de dote recuperata disponente. De communi nu. 23. De ueritate nu. 42. & seqq.*

2 *Verba in statutis proprie intelligi debent praesertim in exorbitantibus a iure communi.*

3 *Dos recuperata ex communi usu loquendi legislatorum dos dicitur Decla nu seq.*

Communis usus loq. etiam in statutis praefertur proprietati uerborum.

4 *Communis usus loq. est quid facti ideo probari debet etiam fuisse tempore conditi statuti*

Communis usus loquendi est difficilis probationis.

5 *A ratione in statuto non expressa argumentari non licet.*

In priuatiuis & odiosis non fit extensio.

6 *Dos recuperata a matre filijs praeseruanda dotis nomen retinet Idem propter ius quaesitum filijs nu. seq*

8 *Extensio in exorbitantibus licita est a stricta significatione ad latam Decla. nu. 5 &.*

9 *Qualitas adiecta verbo intelligi regulariq; debet secundum tempus uerbi Decla. n 12. & seq.*

10 *Verba demonstratiue posita non qualificant uerbi significationem.*

11 *Titulus dotis etiam post exactam dotem durat.*

14 *Hereditas adita definit esse hereditas Limi. quo ad titulum nu. 17.*

Arg. ab ultima uoluntate ad contractum non ualet cum de verbi significatione agitur.

16 *Simile hereditatis ad dotẽ nõ est bonũ & quare*

18 *Intell l 1 §. ceterum infra pro dote & nu. seqq.*

21 *In dote recuperata cessat lex iulia de fundo dot. Decla. nu seqq.*

24 *Intell. c. nuper extra de don. int. ui. & uxo. & nu. seqq.*

25 *Subtilitas uerborum iure cano. non attenditur quod decla. ut ibi.*

26 *Arg. a verbis narratiuis licite summitur in decretalibus*

30 *Intell. l. si cum dotem. §. 1 infra eo. & nu. seqq.*

31 *Paria sunt in iure non esse, uel nulliter aut inutiliter esse.*

32 *Ver. exacta quomodo intelligatur.*

Legis natura est futuris formam dare negocijs

33 *Cessante causa non deficit nomen affectum.*

34 *Intell l si socius pro filia supra pro Soc. & nu. se.*

39 *Pater tenetur filiam dotare quoties nubit nisi dolo priorem dotem amiserit*

38 *Extensio fit cum ratio est in statuto expressa, vel cum unica tantum ratio reddi potest quae pro expressa habetur quatenus patitur rationis identitas a stricta significatione ad latam.*

Ratio statuti prohibentis mulierem disponere de dote sua est fragilitas sexus, vel etiam fauor filiorum nu. seqq.

40 *Extensio de casu vero ad fictum fieri non potest in statutis existentibus contra uel praeter ius cõe*

41 *Extensio a stricta significatione ad latam in statutis fit quatenus militat ratio finalis non autem impulsiua.*

Intell. l. filiae dotem. C. de colla.

42 *Vidua dicitur durare in matrimonio.*

43 *Matrimonium ab initio sine dote esse potest, postea uero non*

Dos recuperata retinet nomen dotis tanquam

44 *affectum in memoriam praeteriti matrimonij.*

Decurio non torquetur finito officio in memoriã pristinae dignitatis

45 *Dos propter ius quaesitũ filijs retinet nomẽ dotis*

46 *Nupta peioris conditionis quam uidua esse non debet*

48 *Id de quo si statuentes fuissent interrogati uerisimiliter statuissent pro statuto habetur.*

49 *Statutum mutinense quo mater non potest plus de dote sua relinquere filijs primi quam secundi matrimonij locum habet etiam in uidua.*

50 *Statutũ senense de quo agimus locum habet etiã in uidua ante statutũ disponẽte & post moriẽte*

Lex noua nouum ius inducens procedit etiam respectu praeteritorum actuum ex post facto perfectionem exigentium

51 *Statutum senense de quo agimus locum habet etiam in uidua disponente de augumento dotis vel de parapbernalibus aut Iocalibus eius.*

52 *Statutum praedictũ locum habet etiam in vidua filios legitimatos habente.*

Statutum generaliter & indistincte loquens generaliter & indistincte debet intelligi.

53 *Ver. dispono, tam ad actum inter uiuos quam ulti. uo. refertur.*

54 *Statutum quod mulier non habens filios possit de dote sua libere disponere operatur a contrario sẽsu quod habẽs filios libere disponere nõ possit*

55 *Statutum senense de quo agimus non procedit quando mulier secundo nubit & omnia eius bona secundo uiro in dotem constituit*

Alienationis prohibitio quando ad causam dotis non protrahatur

56 *Statutum senense de quo agimus non procedit quando uidua facto uel culpa filiorum decederet*

Coniunctus interficiens eum cuius successio ad eum pertinet successione priuatur

57 *Statutum usu non receptum & contrarium tolleratum subditos non ligat.*

Tolerantia statuentis pro dispensatione habetur

58 *Vidua disponens de tota dote sua de expresso filiorum consensu non arctatur statuto contrario*

59 *Filij matris heredes non possunt contrauenire facto matris contra statutum disponentis*

Heres factum defuncti impugnare non potest

60 *Statuto senensi non ob. Vidua potest pro anima sua de dote disponere.*

In generali prohibitione disponendi an feudalia vel emphiteuticaria comprehendantur remissiue

QVAESTIO SEXTA

1 INserūtur prędicta per scriben.ad .q. statuti senensis di ctantis mulierem habentem filios non posse nisi de quarta parte dotis disponere, residuumq; teneri filijs reseruare, ut statutum non habear locū in uidua de dore recuperata disponente Et ita tenuit Nicol.de mata.in.l.r.C.vnde vir & vxor Alex.lib.3.cōs.101. sup eo.col. 1.& pro veriore senrentia Aret. hic nu. 2. Nicon.20.Visita.28.& Paris. 87.

2 Probatur † hęc opin. in primis quia in statutis verba proprie debent intelligi ue no.in.l.3.§.hęc verba de neg.ge.in.l.1.§.si is qui nauem de exerciro. & in .l.quicquid astringendę de ver.ob.Bar.in.l.r. nu. 13.j. de dona.& in.l.titius de re.mi.Paris.lib. 4. cons.159.nu.15. scrib.communiter in.l.3. in prin.infra de acq.poss.sen. ped. decis. 4. nu.9.& dec.59.nu.12.maxime in exorbitā tibus a iure communi ut in .l. si vero.§. de uiro infra eo. i.c.quę a iure de reg.iur. lib. 6.per Dec.cons.524.col.r.&cons.656.nu. 4.&cons.679.nu.3.Affl.dec. 21. nu. 12. at dos recuperata non dicitur proprie dos secundum communem senrenriam de qua supra,prout testantur hic Crot.nu.20. Alcia. 25.Rip.71.Soc iun.75.par.r.ergo in ea nō militat hoc statutum quod exorbitat a iure cōmuni de quo in.l.in re mandata.C.mād. & in.l.2.infra si a paren. quis fue.manu. in .l.r.C.de sacros.ecc.in.l.sed & si lege.§.cō suluit de petl. hę. & in.§. disponat auct. de nup.Paris.lib.3.cons.12.nu.7 & seqq.

3 Nec ob.† si dicatur dotem recuperatam ex communi usu loquendi legislatorum proprie dotem nuncupari ut patet in legibus de ea tractantibus per Paris.hic nu.81. & seq.ideoq; statutum etiam in ea locum sibi vendicare,cum communis usus loquendi præualens proprietati verborum eriam in starutis procedar.Bar.in.l.omnes populi nu. 58.de iust.& iu.Aret. in.l.1.nu.18 supra si cer.pet.Abb.in proem.decreta.nu.9. Ias.in.l.talis scriprura de leg.r.Cassa. dec. vni.de cler. non resi.

4 Quoniā † respondetur cū eodē Paris. nu. 83.quod communis usus loquēdi est quid facti Bar.in.l.prouinciales de uer. sig. & in tract. reprēsa. 2.q. septimę .q. prin. in fin. Ang.cons.26.statutum nu.r. ideo probari deber iux.not.in.l.in bello §.factę infra de capri.in l.consilio insi.de cura su.Bar.in.l. Iabeo de sup.leg.Alex.in.l.5.in prin.nu.9. de ver.ob.nec sufficit communem usum loquendi legislatorum probare, quia pręcise probari debet communis usus loquendi eorumdem inter statuentium rempore conditi statuti Soc.in.l gallus.§. si eius in fin. de lib.& posth.Ias.in.l.1.in prin.iappostil.sub nu.42.de acq.poss. Paris. hic nu. 83. Dec. cons.366.nu.8.Ryn. lib. 3.cons.63.nu. 7. quod difficilis probationis esse dixit Io. de Ana.in.c.t.extra de Sagir.& Nicon.in rub. infra de ro.cpe.nun.nu.245. & in legibus exaduerso allegatis dos recuperata appellarur dos,non quod sit proprie dos sed habito respectu ad id quod fuit ratione melioris intelligenrię ar.no.in.l.insula in fin. de acq.re.do.

5 Nec minus obst.† si dicatur quod in dote recuperara militat ratio staruti quę fuit sauor liberorum,ideo starurū etiam ad dotem recuperatam debet extendi.glo.in cle. 1.de elect.Bar.in.l si constanre ix.q. primę par.prin.infra eo. Abb. in. c. cum dilecta. de cōfir. vti.uel inuti.Ias.in.l.illam nu.15. C.de colla. Quoniam respondetur quod cum ea ratio non sit in staturo expressa ab ea argumentari non licet Bar.in.l.liberorū de ver.sig.Alex.lib.r.cons.55 in fin.& dato quod argumentari liceret non tamen ex ea facienda esset extensio,ex quo statuti dispositio secundum Ancha.cons.380 col.r. est odiosa & priuatiua ad not. in.l.2.C. de parri.qui filios distraxe. & in.l.si uero.§.de viro.j.eo.& principaliter rarione psonę inducta & consequenter nō extēdenda ad ito. in.l.r.supra de consti. prin. & in.§. sed & quod principi.Insti.de iu.nat.&in .c.sane extra de priui.

6 Cęterum † disputando potest huic motiuo respōderi primo quod dos recuperata in casu huius statuti proprie dos remanet dotisq; nomen retinet ex quo mater ex statutaria dispositione eam filijs conseruare tenetur ar.l.si socius ꝑ filia s ꝑSoc.auth.sed q; uis.C.de rei vxo.ac.p Aret.in.l.pomponius §.in dotem de acq.poss.&Ias.hic nu.xi.

7 Secundo † responderi potest in hoc casu dotem recuperatam dici proprie dotem ad fauorem filiorum quibus per statutum fuit ante recuperationem Ius quęsitum ar. not.in.l.fin. supra quando actio de pecu. est anna.

8 Tertio † etiam responderi porest quod in dispositionibus quoque exorbitantibus permissa est extensio a stricta significatione ad latam in casu expresso ad non expressum.l.senatus consulto supra de ritu nup. l.filium habeo supra ad maced. & .l. filius C.eo.iuncta.l.iusta.&.l.liberorum cū not. ibi per Bar. de ver.sig. & supra .q. pręced. nu.28 dictum est,sed large loquendo dos re

cuperata

cuperata retinet nomen dotis ad not. in. l. titio centum. §. titio genero de cond. & dc. per Bal. nouell. de dote par. 1. & Constan. de dot. cap. 2. in prin. ergo &c.

9 Probatur secundo † quia qualitas adiecta uerbo intelligi regulariq; debet secundum tempus uerbi. l. in delictis. §. si extraneus supra de noxa. l. titius ubi Bar. de mili. te. Bar. in. l. 2. de aur. & arg. leg. Calcan. cōs. 15 nu 23. sed qualitas dotis in hoc statuto adijcitur illi uerbo disponere, quod intelligitur in ultima uoluntate secundum Alber. in dictiona. in ver. disponere Affl. dec. 370 nu. 12: glo. Bar. & doc. hic; ergo ut sit locus statuto tempore dispositionis seu mortis matris uiduę dos esse debet. Vnde priuilegium concessum socero non uendicat sibi locum in eo qui finita affinitate desijt esse socer. glo. in. l. sed hoc ita in prin. de re iud. Ias. in. l. fin. col. 2. C de uer. sig. & ita arguit hic Nicon. nu. 20 & seq.

10 Nec obst. si cū Bulg. hic dicatur † dotem demonstratiue poni ideoque non qualificare eius significationem ad no. in. l. fin. §. titia de libe. leg. per Bar. & doc. in. l. centurio col. pen. de vulg. Paul. Castren. lib. 2. cons. 338. col. 1. Crauc. cons. 301 nu. 5. & satis esse etiam aliquando fuisse secundum Bal. in. l. humanitatis nu. 28. C. de impub. & Paris. hic nu. 87. Quoniam respondetur quod etiam demonstratio debet secundum uerbi tempus demonstrare; cum sit adiectio per quam res uel persona redditur certa. l. certum supra si cer. pet. Bal. in rub. C. de institu. & substi.

11 Verum huic motiuo † responderi potest primo quod titulus dotis durat etiam post recuperationem auth. sed quamuis. C. de rei uxo. actio. l. si socius supra pro Soc. l. si cum dotem. §. 1. infra eo. & c. nuper extra de dona. int. ui. & uxo. & ideo eo quoque tēpore dicetur qualitas secundum tēpus uerbi regulari Aret. in. l. pomponius. §. in dotem de acq. poss. Io. annib. hic nu. 106.

12 Secundo † responderi potest quod hic qualitas adijcitur dispositioni non executioni, ideo non requiritur necessario quod adsit tempore uerbi Alex. in. l. ex facto nu. 7. infra de vulg. doc. in. l. ex facto. §. siquis rogatus infra ad trebell. prout nec quando constat de contraria uoluntate disponentium secundum Alex. in. l. stipulatio hoc modo concepta col. 3. ver. non ob. ꝗ qualitas de uer. obl. Alcia. in d. l. ex facto. qualitas enim regulatur secundum tempus uerbi de proprietate sermonis secundum Aquens. ī l. cum mota nu. xj. C. de trans. a qua recedimus ubi de mente contraria constat. l. non aliter de leg. 3. l. in conditionibus de cond. & dc. & l. si seruus plurium. §. fin. de leg. 1.

13 Tertio etiam † responderi potest satisfuisse sub eo statuto aliquando fuisse dotem quia ius fuit quęsitum filijs vigore statuti nam licet qualitas dotis postea esse desijerit, non tamen pręiudicat filijs quia qualitatem adiectam uerbo per quod significatur actus disponendi uel tempus in quo dispositio fuinit effectum satis est adesse illo tempore quamuis postea extare desijerit secūdum Bar. in d. l. ex facto in prin. de vulg. & Ruyn. lib. 2. cons. 88. col. 1.

14 Probatur † tertio quia sicut hęreditas adita desinit esse hęreditas & cum patrimonio adeuntis confunditur. l. sed si plures. §. filio de vulg. glo. & Bar. in. l. 3. supra de fideicom. hęr. peti. ideoque statutum prohibens mulierem nubere cum hęreditate extra territorium non proredit in hæreditate adita. Cum & doc in. l. 1. §. ueteres de acq. poss. Ias. in. §. actionū nu. 219. inst. de actio. ita dicendum est dotem recuperatam desinere dotem esse nec sub statuto de dote loquente comprehendi ut similium eadem sit dispositio ut in. l. non possunt supra de legi. in c. translato de consti.

Nec ob. si dicatur arg. ab ultima uoluntate ad contractum non ualere isto casu quo de uerborum significatione agitur Ias. in. l. pactum inter hęredem supra de pact. Quoniam respondetur in pręsentiarum nō agi de solo ac nudo nomine dotis, sed agi de nomine dotis ad iuris effectū uidelicet ad cognoscendū statuti dispositionem arg. no. in. l. 1. §. hęc verba supra quod quisque iur. per glo. i. l. sed nisi supra de iu. do. in. l. curatores. §. fin. de admini. re. ad ciui. perti. ideoque dicendum est ab ultima uoluntate ad contractum iure optimo argui, posse ut in. l. iure ciuili de cond. & de. in. l. seruū filij. §. cum qui chirographum de leg. 1. in. l. pactum inter hęredem de pact. per Euer. in cent. in lo. a contra. ad ulti. uo. in prin.

15 Huic autem fundamento † responderi potest primo cū Ias. nu. 12 ꝗ hic dos a muliere fuit recuperata cū onere statutario cōteruādi eā filijs ꝓ tribus partibus de quatuor sīn statuti formā ideoq; ad huc doté ꝑmanere arg. l. si socius ꝓ filia s̈ pro Soc. & per Aret in. d. §. i doté. cu sequacibus de q̄bus s̄

16 Secundo † responderi potest non esse bonum simile hęreditatis ad dotem ex quo hęreditas ante aditionem erat alterius quam hęredis, dos auté tam ante, quā post recuꝑationé seper fuit mulieris l. i reb. C. de iu. dot. & ex modica facti varietate ius mutaē ꝑut iq̄t Dec. cōs. 637. n. 2. Itē q̄ dotis nomē erat affectū ratione temporis quo seruiuit matrimonio ar. no. i. l. fi. de decurio. i. l. uni us. §. seruus de quęstio. ꝗ nō est in hęreditate domino uiuēte. l. 1. de hęr. uel act. uend.

17 Tertio †etiam responderi potest q̃ hereditas etiam post aditionem remanet hereditas quoad titulum ut in.l.1.infra pro here.iu.l.sed si plures .§.filio de vulg.& in.§.restituta insti.de fideicom.her.glo.in .l. ꝓ herede supra de peti.hę.ergo ita dicendum est in dote recuperata per idem arg.a simili ar.d.l.nō possunt & d.c.translato cū sim. quod in iure probabile & frequentissimū esse dicitur secundum Euer. in cent. in loco a simi. in prin. cum similium idem sit iudicium.§.recte insti.de māda.l.1. C.quę sit lon. consue. & .c. inter ceteras de rescrip.& .c. dudum ad fin. de preben.lib.6.

18 Probatur†quatro in.l.1.§.ceterum infra pro dote ubi cessante matrimonio cessat usucapio pro dote, quia nulla dos sit, sed dote recuperata a muliere so.ma.per mortem uiri dicitur cessare matrimonium .§. deinceps auct.de nup.l.1.& .l.vxores de diuor,ergo nulla dos est.

Stringo ponderando illa uer.tex.quia nulla dos sit, poni per modum rationis ad illum tex.quę dicto generalior esse debet .l. item ueniunt.§.ait senatus de pe. hęr. glo. in.l.pen.supra de offi.procu.cę.glo.& doc. in.l.non omnium supra de legi.Bar.in.l. q. interrogatus supra de peti.hę.

19 Huic etiam motiuo † responderi potest primo procedere dūtaxat quoad uim usucapiendi dotem so.ma.quod esse non potest quia so.ma.dos mulieri uel eius heredibus est restituenda.l.2.in prin.infra eo.p Paris.hic nu.69.& sine possessione non ꝓcedit usucapio .l.3.& seq.de usuca. &.c. sine possessione de reg.iur. in 6.

20 Secundo † responderi potest illum tex. (pretermissis alijs responsionibus ei assignatis supra q.preced.nu.3.& seq.) plures intellectus habere, quia alij cum intelligunt nullo contracto matrimonio, alij so. ma.ante restitutionem, alij recuperatione sequuta.ideoq; ad decisionem huius articuli allegari non posse ex doctri.Bar. in .l. in ambiguo de rebus dub.& in prima sua q.incip.Lucanę Ciuitatis in tertia par.Ias. in.l.1.nu.29.supra de trans.

37 Declaro † secundo procedere adeo ut ea quę eduntur legi intelligiq; possint ar.l. quo tutela .§.pen. de reg.iur Aquens. in .l. qui romę §.duo fratres nu. 30.de uer. obl. aliàs enim legere & non intelligere pro nihilo habetur, & (ut inquit sapiens)negligere est Abb. in proe. grego. Rip. ind.§. duo fratres nu. 64. quia diuersum omnino est legere ab intelligere & lectio ab intelligentia secundum Barba.in.l.cum acutissimi nu. 173. & seq. C. de fideicom. per glo. 1. in proem. grego.ibi lectis & intellectis, idcirco utraq; requiritur.l.1.§. legi. infra de his quę te.de.& l.2 .infra de hisquę pro non scrip.ha.

38 Declaro † tertio maxime procedere quando rei ueritas aliter haberi non potest ex quo editio a capite fieri debet,ut rei ueritas possit haberi & in.l.2.ubi Dec. nu. xj.quem doc.sequuntur.& in l.non est nouum .C.de eden. ueritati enim omnia cedunt .c.fraternitatis extra de frigi.& malefi.c.ueritati 8.di.Mandell. conf.9. nu. 39. Rolan.lib.3.conf.xj.nu.3.& conf.88.col.1.

39 Limito † etiam hanc conclusionem primo non procedere in editione publicorum instrumentorum quę sine die & consule & sic sine capite, cum ea soleant in capite poni, edi possunt ut in.l.1.§.editiones ubi etiam glos.& doc.supra de eden. ne detur materia falsi fabricandi ar. l. 2 .§. diem infra quemadmo. te. ape. glo. & doc. in .l. pen. C.eo.ti.& in.l.fin.C. de fideicom.

40 Limito † secundo non procedere quando aliter fieret editio gratia melioris usus arg. .l.caius .§.titius de leg.2.& .§. quod si commode insti.de offi. iud. &.§.sed ne in primis insti.de lega.& per Bar. & doc. communiter hic prout de communi sententia testatur Alex. nu. 3. & sequitur Soc. iun. nu. 51. part. 2.

41 Limito † tertio non procedere in editione facienda a legislatore ut hic,& in omnibus decretalibus in quibus pars incisa ponitur, a qua nulla intelligentia potest haberi secūdum Alex.Rip.& doc.hic.in principe enim omnis falsitatis suspitio cessat id circo editio per eum a capite facienda non est necessaria ut in .l. pars literarum supra de iudi.

42 Tertia & vltima † est conclusio quod donatio inter virum & vxorem constante matrimonio est probibita ut in .l.1. supra de don.int.ui.& vxo.& in.l.creditor.C. eo. & regula Paris.lib.3.cōs.36.n.13.Soc.reg. 104.donatio. Dec. conf. 202.col.1.Grat. lib.1.conf.36.nu.8.Aret.conf.74.col.3.qa secundum Plutar.omnia debet esse communia inter eos quorum vna eademq;caro est Alcia.lib.3.dispun. ca p.14.& sic vnū quoque corpus & anima secundum glos.in.l. si cum dotem.§.si maritus infra eo. & Mais. conf.1.nu.14.

43 Amplio † primo hanc conclusionem procedere

cedere etiam si inter coniuges non sit consumatum matrimonium sed solum contractum per verba de presenti & mulier in viri domum traducta ibique facta donatio ut in.l.cum in te.C.de dona.ante.nup.in.l. pen.vers.itaq;supra de dona.int.ui.& vxo. & ita etiam in fortioribus terminis consuluit Soc.lib.1.conf.123.suprascripti.per tot.Paris.lib.3 conf.86.nu.t4.

44 Amplio † secundo procedere etiam si interuenerit traditio.l.3.§.sciẽdum.supra de don.int.ui.& vxo.Soc.reg.104.in prin.traditio enim non subsistente causa habili & iure approbata non operatur.l.nunquam nuda in prin.de aeq.re.domi.doc.in.l.traditionibus.C.de pact. Alex. in .l.a titio de ver.ob.nisi etiam morte interueniente.l.pa pin.de don.int.vi. & vxo.glo. in.l.2.C. de dote cau. non nu. Corn. lib. 3. conf. 257.col.fin.

45 Amplio † tertio non procedere etiam in donatione fructuum perceptorum constante matrimonio exquibus donatarius factus est locupletior ut in.l.si fructus C.de don. int.ui.& vxor.p glo.in.l.de fructibus.ff.eo. & Crauet.conf.25.nu.16.fructuum autem appellatione venire quicquid ex terra nascitur & renascitur aut alimentatur clari iuris est Bar.in.l.quędam §.nihil interest supra de eden.Bar.Alex.& doc.in.l.diuortio §.si vir.infra eo.Soc.lib.1.conf.106.in causa baptistę.col.3.Boer.q.224.nu.4. Tiraq. plurimos allegans in tract. de retra. conf. §.15.glo.1.nu.27.

46 Amplio † quarto procedere etiam de iure cano.vt in.c.fin.& ibi etiam Abb. extra de dona int.ui.& vxo.nisi sit iuramẽto cõfirmata secundum communem doc.sententiã de qua testantur Dec.in.l.pacta quę contra nu.6.C.de pact.Alex.lib.6.conf.152.nu.6. Soc.Iun.lib.2.conf.44.nu.6.& 33.Tolet. lib.cõmunium opin.vet.donatio nu.123. & pro magis communi. Dec.conf.202.nu. 2.& Rol.lib.1.conf. 77.nu.2.& 9.& Ant. Gabr.lib.3.recep.sent.tit.de dona.cõclus. 3.in prin.& Natt.lib.1.conf.28.nu.8. qui decla.ut per eum.

47 Declaro † etiam hanc conclusionem pcedere primo in donatione inter uiuos, secus in donatione causa mortis ut in.l.sed si mors.supra de don. int. ui.& vxo.Abb.lib. 1.conf.18.ad fin.Alex.in d.conf.152.nu.1. Mars.not.316.ubi ponit cautelam ad conseruandum bona bannitorum ab inuasionibus fisci ex Bar.Bal.& alijs de quibus ibi per eum,& per Natt.lib.3.conf.550.nu. 12.& seqq.

48 Declaro † secundo procedere tunc demum quando donans pauperior, donatarius ditior fieret ut in.l.3.& in.l.sed si vir.§.le gaturus supra de don.int.ui.& vxo.& in.d. c.fin.vbi Abb.extra eo. Ias. in.l.1.§.si uir vxor.nu.21.de ac.poss.Abb.in.d.conf.18. ad fin.Ceph.lib.1.conf.61.col.2.& Rolã. de lucro.dot.q.40.nu.13.

49 Declaro † tertio procedere ipso iure, ꝑpter resistentiam quam facit lex huic donationi.ut in.d.l.1.& in.l.si sponsus.§.1.supra de dona.int.ui.& vxo.tradit Bar.in.l. cum lex infra de fideiusso.in.l.3.§.sciendũ per illum tex.de don.int.ui.& vxo.Paris. lib.3.conf.90.nu.12.& Crot.lib.3.cõf.185 nu.38.& ipso iure dicitur aliquid fieri quã do lex exequitur absq; hominis ministerio ut no.in.c.1.§.sacri de homi.lib.vj.in.l.si quis maior ubi Bal.nu.13.C.de trans.

50 Declaro † quarto procedere quando donans donat rem suam propriam, secus si donet bona fide rem alienam etiam dimittẽdo vel alicui suo iuri rennunciãdo quia tũc valet donatio ut in.l.si sponsus.§.si maritus hęres.& in.l.sed & si constãte supra de don. int.ui.& uxo.Soc.lib.1.conf.114.uiso testamento col.2.Dec.conf.260.quęritur nu.4. Rolan.de lucro dot.q.39.in fin. Paris.lib. 1.conf.127.col.2.

51 Limito † etiam hanc conclusionem non procedere primo quando lucrum vel donatio confertur in tempus soluti matrimonij ut in.l.vitricus §.fi.& in.l.sed interim.§.fi. in fi.supra de don.int.ui.& vxor. per Dec. in.c.dilecto nu.6.extra deapp.Ruyn.lib.1. cõf.52.nu.4.& lib.2.conf.65.nu.13.& cõf. 44.nu.22.glo.& doc.in.l.quod sponsę .C. de dona.ante nup.vbi paria sunt donare tẽpore habili vel conferre donationis effectũ in tempus habile.l.itempus.ĵ.de hęr.instituend.pRoma.in.l.si rẽ meam infra de ver.ob.

52 Limito † secundo non procedere quando fieret donatio cum hoc ut conlux donatarius alteri extraneo rem donatam restitueret teneretur ut in .l. profectitia .§. si quis certam supra de iu.dot.& in.l.quod autem §.fi.cum.l.seq.supra de dona.int.vi.& uxo. Imol.in.l.2.in prin.col.fin. infra de dona.Rolan.de lucro dot.q.41.nu.5.attenditur enim persona commodum capientis, non restituere debentis.l.eum dotem infra ad leg.fal.l.fulpitius alias .l. si mulier supra de dona.int.ui.& uxo.per Bal.& doc.in l.hac edictali.in prin.C.de secun.nup.

53 Limito † tertio non procedere quando donatio inter coniuges esset uicissitudinaria & pro equali portione facta .l.quod autem .§. si uir & uxor.supra de don. int. ui. & uxo.scrib.in.l.si pater puellę.C.de inoffi.te.Saly.declarans in.l.1.C.de dona.ante nup.Soc.lib.2.conf.215.col.2.& in reg. 104.fall.1.Craue.conf.245.nu.xj.Natta. lib.3.conf.600.nu.36.censetur enim eo casu

casu ob causam facta donario & propterea valet ut in.l.aquilius.j.de dona.per Ancar. cons.247.nu.2.

54 Limito † quarto non procedere quando donatarius rem donatam in pauperes vel alios pios usus distribuere seu conuertere ex eadem donantis dispositione tenetur ut in l.si sponsus.§.cõcessa supra de dona.int. ui.& vxo.per Alex.lib.6.cons.152.nu.8.q a non dicitur coniugi proprie facta donatio quando apud eum non est res donata remansura sed alij restituenda ar. not. in .l.si pars.supra de inoffi.te.& in .l. non uidetur quisquam de reg.iur.

55 Alios casus † in quibus substinetur donatio inter virum & vxorem constante matrimonio congerunt Alex.in.d.cons.152.Tolet. in d.uer.donario nu.123.& seqq. Pior. cons.1.nu.19.& seq.Capr.cons.74. cum visis col.1.Cror.lib.1.cons.35.nu. 20. & lib. 3.cons.285.nu.5.Grat.lib.1.cõs.55.nu.60. Paris lib.3.cons.86.nu.18.21.& 45.Soc.in d.reg.104.& Ant. Gabr.in.d.tit. de dona. conclus.3.

SVMMA RERVM CAPITA

1 Quare dicatur infortiatum
Quęstio quid nominis debet quaestionem quid rei pręcedere.
Talia sunt subiecta qualia prędicata demonstrãt
2 Nominum quęstio est pertinacibus relinquenda.lim ut ibi
3 In.dictio in compositione cum adiectiuo auget significationem.de veritate nu 5.
In, dictio, in compositione quandoque inducit negationem.
4 Negatiuę natura est destruere non inducere sequentia.
Priuatio nil ponit in esse.
5 In, dictio, in prępositione intrinsicitatem inducit & nu.39. Nisi ratio subiectę materię aliud suadeat.
6 Statutum puniens offendentem in domo an locum habeat in offendente in ostio domus. de veritate nu.36.& seqq.
7 Intell.l meminisse de offi.procons.& nu.seqq.
Pœna non debetur nisi sit expresse imposita.
Intell l.1.§.in flumine de flumi.& nu.seqq.
Existens in ostio non dicitur esse in domo.
9 Interpretatio contra delinquentem fieri debet ne delicta remaneant impunita
10 Intell.l cętera §.hoc senatuscons. de leg. 1. & nu.seqq.
Extensio in pœnis fieri non debet limi.nu.40.
11 Statutum in uno de facili censeri potest statutũ in alio simili
13 Verba statutorum stricte & proprie intelligi debent.
Ostium est ipsius domus,non tamen est domus, sed est pars domus nu. seq.& nu.24.
Notoria non egent. probatione
14 Qui non intrat per ostium fur est.
15 Paria sunt rem deferre in domum vel nauim, aut in ostium domus,vel littus iuxta nauem
16 Statutum pœnale nõ ligat existentes in confinio Decla.nu.seqq.
17 Biscomitatus est locus exemptus & liber.
18 Ignorantia rusticos quandoq; excusat.
19 Intell. .l. 1. .§. hoc interdictum de cloacis & nu.seqq.
Intell.l.si aquę ductus cum.l.seq.supra de contra ben.emp.& nu.seqq.
Intell. l. si fundum .§. qui fundum de leg. 1. & nu.seqq.
22 Expressio eorũ quę tacite insunt nihil operatur
23 Intell.l.iulian.§.fin.de act emp. & nu.seqq.
Experientia est rerum magistra.
24 Ostium differt a domo sicut dominatum a dominante.
25 AEdium appellatione omne edificium cõtinetur
Domus est constructio constans ex solo pariete & tecto secundum legistas.
27 Intell.l prędijs.§ fin.de leg. 1.& nu.seq.
28 In ulti.uolun.plenior fit interpretatio.
Arg.ab ulti.volun.ad contractus uel iudicia nõ valet vbi de verborum proprietate agitur.
29 Qui est in parte domus non dicitur esse in domo
30 Ostium non dicitur habere aditum ex domo,
Nemo sibi ipsi seruit.
31 Qui est in porta partim intra partim extra est
32 Interpretatio pœnę exclusiua fieri debet Decla. nu.58.
33 Statutum referri debet ad eum ad quem verba diriguntur & nu.42.
Statutum referri debet ad eũ qui ex actu venit puniendus
34 Statuti verba in potiori significatione debent intelligi.
35 Qualitas apposita post duas nominatas psonas ad vtranque referri debet.
Domus sua cuiq; refugium tutum esse debet.
36 Intell l.1.§.quod dicimus de success.edi.
37 Intell.l.vulgaris.in prin de furt.
38 Appellatio notificanda in domo fatetur si notificetur ante domum uel apud domum.
Decla glosę in clem.causam ver.domo de elect.
40 In pœnis sit lata interpretatio quatenus verborum proprietas patitur.
Ostium secundum communiter accidentia est in pariete domus
Idem iudicamus de parte quod de toto.
41 Factum in domo uel in ostio domus parificantur
42 Percuti dicitur quando cutis tangitur
43 Domus dicitur etiam extra parietes per duos pedes circum circa, & quatenus stillicidia protrahuntur
44 Aggrediens alium in ostio domus & fugientem extra domum percutiens statuti pœnam incurrit
Offensio proximi est de genere prohibitorum.

Princi-

Principium attenditur quando finis habet necessariam dependentiam ab eo.

45 *Percussus in platea & fugiens mortuus in domo dicitur in platea occisus.*

46 *Offendens in ostio existente extra domum non dicitur offendere in domo*

47 *Offendens in porticu nõ dicitur offendere ĩ domo*
Inquisitus pro crimine commisso in strata probato crimine commisso in uia debet absolui.
Statutum puniens offendentem ad domum procedit etiam in offendente in porticu.

48 *Offensus extra clausuram ostij non dicitur offẽsus in domo.*
Qualitas a statuto expressa verificari debet.
Testes quorum vnus deponit de offensione facta in ostio alter iux. ostium sunt singulares.

49 *Offensus in apoteca domu: coniuncta non dicitur offensus in domo.*
Offendens existentem in ostio ulisime domus non incidit in pœnam statuti punientis offendentem in domo.

50 *Offensus in hospitio non dicitur offensus in domo*
Tempus requisitum a statuto sicut probari debet ut locus sit statuto, ita locus.
Arg. a tempore ad locum valet.

51 *Interpretatio fit ad exclusionem delicti ubi nõ constat crimen esse commissum.*

52 *Offendens aggressorem non incidit in pœnam.*

53 *Interpretatio fit in dubio vt delictum in loco minus punibili perpetratum sit.*

54 *Offendens alium in ostio domus quam offensus familiariter non habitat non incidit in pœnam statuti prædicti.*

55 *Statutum puniens offendẽtem in domo non habet locũ in mandãte offendi in domo vel ostio domus.*

56 *Statutum prædictum in principali & uere offendente debet intelligi.*

QVAESTIO OCTAVA

1 QVARRO † cum glo. prima ĩ tertia parte, omissa secũda, Quare hic liber appelletur ĩfortiatu ? cũ quęstio qd nominis quęstioni quid rei sit pręferenda ut not. in l. 1. ĩ prin. supra de iusti. & iu. & in. l. 1. supra si cer. pet. & talia sint subiecta qualia prędicata demonstrant. l. 3. in prin. & ibi Bar. infra de fun. instru. l. si defensor. §. qui interrogatus & ibi Bal. supra de interrog. act. & fin. §. preterea in fi. de iuri. stipu. Bar. & doc. in. l. stipulatio ista. §. hi qui. per illum tex. de ver. ob. & in l. quoties in fin. C. fa. hęr. & in .l. fin. §. 1. de triti. ui. oleoq; lega.

2 Et glosa respondet † quinque causis denominari potuisse de quibus in ea: Quarta tamẽ respõsio glo. (quę est quod quęstio nominum ptinacibus est relinquẽda glo. in. l. 2. ver. vocabula C. de cõsti. pecu. Ias. & doc in. §. sic itaq; nu. 9. Insti. de actio. quia nomina ad placitum ponuntur. l. voi. C. de muta. oo.) est communiter a doc. recepta ut hic testantur Alex. nu. 7. Rip. 8. & Pont. 33.

3 Ex prima † tamen responsione glo. Notãdum est quod dic. in, cum adiectiuo in cõpositione posita nominis significationẽ auget ut hic, & in. l. gallus §. ille casus de li. & posth. in. l. si quis in graui cum glo. infra ad Syllan. in. l. suus. §. puto. cum glo. infra de hęr. insti. in. l. cum duobus. §. damna cum glo. supra pro Soc.

Sed in contrarium facit tex. in .l. si seruus. §. si oliuam immaturam supra ad leg. aquil. ubi immatura exponitur. i. non matura, sicut intestatus exponitur idest non testatus l. 1. in prin. infra de suis & legi. & Insti. de hęr. quę ab iote. in prin. & immodicũ idest non modicum ut in rub. & nig. C. publicę lętitię lib. xij & in. l. titia seio. 2. in fi. de leg. 2. & sic diminutionem ac negationem seu priuationem inducit ut late per

4 Affl. dec. 141 nu. 3. Nec † quicquam est dicere quod ibi quoq; auget scilicet negationem & priuationem ex quo inducit dispositionem negatiuam & priuatiuam in ea su quo non erat, Quia respondetur naturam negatiuę esse destruere non inducere sequẽtia Calep. in. l. si is qui ducẽta nu. 26. infra de rebus dub. priuationemq; nil ponere in esse secũdum philos. 4. phis. & Bal. in rub. C. qui admitti. col. 1. igne. in. l. necessarios. §. non alias nu. 69. infra ad Syllan. ex quo ex dispositionibus priuatiuis non resultat habitus l. ex facto de hęr. insti. Bal. in l. 2. C. de cond. inser.

5 Cęterum † pro resolutione contrarij potest responderi distinguendo quod aut dic. in, ponitur in compositione cum nomine, & inducit augumentum ut in. d. §. ille casus. in. d. l. si quis ingraui. per glo. in. l. ciues ver. affectio. C. de incolis. lib. x. cum simi.

Et idem si ponatur in compositione cũ verbo ut in. l. 1. §. in summa ver. increscit. cum glo. infra de aqua plu. ar. & in. §. si quis autem ver. incurrit auct. quomodo opor. epi. Aut ponitur in pręposition, & denotat intrinsicitatem ut in .l. 1. §. in flumi. ff. de flumi. in. l. 2. §. in locum supra de relig. p Emil. Perot. in. l. gallus in prin. nu. 14. de lib. & posth. per illum tex. Bal. in. l. 3. §. 1. per illũ tex. supra nau. caupo. stabu. Crot. in. l. 1. nu. 2. de leg. 1. Coras. in. l. qui liberos nu. 16. supra de ritu nup. Alex. li. 2. cõs. 137. in causa & lite. nu. 14. Tiraq. de retra. cõt. §. 1. glos. xj. nu. 67. Nisi ratio subiectę materię

materię aliud suadeat ut in.l.si statua cum glo.infra de iniur.in.l. 2.§. exactis de inde regibus, ibi iniussu populi cum glo. supra de orig. iur. & in .l. quadrigenta cum glo. fi.infra ad treb. per Arch. in .c. si papa 40. di.Alcia.in .l. notionem .§. instrumentorū de ver.sig.Roma.cōs. 376. quęstio est col. 1.& seqq. Et ita ꝓcedat tex.in.l.improbum fœnus.C.quibus ex cau. īsa.irro. & in d.§.si oliuam cum cōcor.de quibus supra.

6 Infertur † ex prędictis ad q.statuti impo nentis maiorem quandam pænam offendenti aliquem in domo An locum sibi uendicet in offendente aliquem in ostio domus? In qua q̄dem quęstione negatiuam sententiam tenuerunt Cyn.in.l.meminisse supra de offi.procons. Bar.in.l.1.§. hoc interdictum infra de cloa.Bal.in.l.data opera.nu.26.C.de his q̄ accu. non poss. Alex. cons.137. nu. 14. lib. 2. & hic Rip. nu. 3. & Bolog. 67.

7 Probatur † primo per tex.In d.l. meminisse, ubi prędecessor proconsulis ius dicere debet usq; in aduentum successoris, quod intelligitur donec successor prouinciam ingrediatur. Et similiter in d.§.in flumine,ubi intelligitur .i.intus in aqua,& sic in isto casu statutum intelligi debebit de offēdente intus in domo, & intra parietes domus,ille uero qui est in ostio domus non dicitur esse intus in domo ut patet ad sensum & tradit Bal.in d.l.data opera nu.26.merito in eo non uerificatur statutum nec consequenter pęna ipsius iuxta no.in .c. fin. de iu.patro.in.l. in testamento & in .l. multa. de cond.& de.& in.§.optimam auct. de nō eligen.secun.nub.per Bal.in auth.ex testamento .C.de secun.nup.Alex.lib. 6. cons. 92.nu.17.Rol.lib.5.cons.27.nu.14.Tiraq. in.l. si vnquam uer. reuertatur nu. 248.C. de reuo. dona.

8 Cęterum huic motiuo † responderi potest primo retorquendo quia si dic. in, suę natura in prępositione denotat intrinsicitatem ergo is qui offendit aliquem in ostio domus dicetur ex natura dic.in, offendisse intus in ostio, at intus in ostio est ipsa domus, ergo qui offendit in ostio domus dicetur offendisse in domo.

9 Secundo† responderi potest quod aut offensus est extra clausuram ostij & dicitur etiam ex̄ domum esse, aut est intra clausuram,& dicitur esse in domo quia intra clausuram ostij domus, est ipsa domus Bar. in. l.1.§.hoc interdictum infra de cloa.& in.l. meminisse supra de offi. procons. Ias. in .l. pleriq; nu. 20. supra de in ius uo. Boer. q. 213.nu.14.aut est in medio & isto casu fiet interpretatio contra delinquentem ad fauorem publicę utilitatis ne delicta remaneant impunita ad no.in.l.si ita vulneratus supra ad leg.aquil.in .l. si longius .§. 1. de iud.& in.l.si operis.C.de poen.& in.l.in delictis .§.pen.de noxa.

10 Probatur † secundo in.l.cętera.§.hoc senatusconsultum.2.de leg.1.ubi prohibita tanquam affixa euelli e domo legata porrīguntur ad portus in ędibus,& sic per extensionem portus in ędibus esse dicuntur si ad portus in ędibus porriguntur, quę quidem extensio in pœnis fieri non debet reg. odia lib.6.Gemi. in .c. quanquā de elect. lib.6. in .c. si ciuitas de sent. excom. lib.6. glo.& doc.in reg.in pænis.lib.6.Dec. in .l. factum.§.in pęnalibus de reg.iur.

11 Huic motiuo† respondetur primo retorquēdo, exquo illud idē quod ibi deciditur seu determinatur de domo, statuitur etiam de porticu,ergo illud idē quod in casu nostro statuitur de offēdēte in domo debet de offendēte in ostio statutū censeri cū vtroq; casu simus In genere prohibitiuo ideoq;statum in vno de facili possit ad alium trahi ar.no.in.l.non possunt de legi. & in.l.si in rem.§.item quęcunq; de rei ven.

12 Secundo † respondetur quod ibi extenditur senatuscons.prohibens legari ędibus affixa ex dispositione legis ne edificia rescindātur ar. no.in.§.cum in suo solo.insti. de re.diuis.& in.l.adeo.§.cū in suo de acq. re.do. non ex ꝓprietate seu significatione dictionis in, uel aliorū uerboru,& ideo l3. tex. ibi dicat illud senatuscons. extendi ad porticus in ędibus,non magis probat porticus intra quam extra ędes esse, & sic ex eo tex.probatio aliqua necessario concludens pro hac parte elijci non potest iuxta no. in l.non hoc.C.vnde legi.in.l.neque natales C.de proba.& in.c.in pręsentia extra eo.

13 Probatur † tertio ea ratione quia verba statutorum stricte & proprie intelligi debēt vt no.In.l.1.§.si is qui nauē supra de exercito.in.l.3.§.hęc verba de neg.ge.in.l.qę q̄d astringēdę de ver.ob. at ostiu domus licet sit de domo nō tñ est ꝓprie ipsa domus iux.not.in.c.1.ex̄ de sponsa.in.l.eū qui ędes de usuca.in.l.solū de rei uen. & per Bar. in d. §. hoc senatuscons. & est parens notorium quod alia non eget probatione glos. in cle. appellanti de app.in.c.cum euidentia de accusa.Rota.dec.6.de excep.in no.ergo statutum ad illud porrigi non debet.

14 Sed † responderi potest primo quod cū ostium sit pars domus, ex quo sine eo domus esse non potest ad not. in .l. malum de uer.sig.in.l. fundi cum glo. de ac.emp. q̄a qui non intrat per ostium fur est & latro ut habetur in sacra pagina Ioan. x. sicut pars est in toto,& totum de suis partibus prędicatur, ita ostium est in domo, & domus

etiam

etiam de hostio ut aliqua eius parte prędicari debet arg.l.in toto & pars de reg. iur. & reg. in toto eo. tit.lib. 6. per Bar in .l. si quid earum.§.inter emptum de leg. 3.

15 Secundo † etiam potest respōderi quod cum idem utroque casu alias statuatur, uidelicet quod paria sint rem deferre in domum uel in ostium domus, uel in nauim seu in littus iuxta nauem ut caupo seu nauta teneatur.l.3.§.1.supra nautę caupo. stabu.ita in casu isto paria esse debent quem offensum esse in domo uel in ostio domus ut offendens teneatur & statuti pænam incurrat, cum pręsertim alias ea quę iuxta sunt inesse dicantur.l.lecta uer.dicebā.§.si cer.per.&.l.1.&.l.pedius.§ deincē.rui.nau.

16 Facit quarto & ultimo † pro hac sententia id quod notan.alias dicebat Gemi. in c.t.§. 1.de tempo.ord.lib.6. scilicet quod statutum pænale alicuius ciuitatis uel loci non ligat homines existentes in confinio ciuitatis uel loci statuentium, quod sequitur Fely.in.c.rodulphus nu.20.extra de rescrip.ita hoc statutum complecti non debet offendentem in confinio & sic in ostio domus,quod est confiniū domus,ita Fran. Rip. hic nu.3.

17 Sed huic quoq; rationi † potest disputando responderi primo procedere in existentibus in confinio& loco libero ac exempto quem vulgares biscomitatum appellant, qui extra iurisditionem statuentiū sunt,alias enim etiam ipsi ligarentur statuto ar.l.2.§.in sardinia.C.de offi.pręfe. pręto.aphri.& .l.fin.cum ibi not.supra de iurisd. om. iud.

18 Secundo † etiam respondetur illud speciale esse ob pręsumptam ignorantiam rusticorum in loco distanti a ciuitatibus habitantium & peritiores consulere non ualentium arg.no.in.l.siquis id quod supra de iurisd.om.iud.in.l.2.§.pen.supra siquis in ius uoca.non ie.in.l.iuris ignorantia C. qui admitti.& in.l. cum de indebito supra de ꝓba.iunctis not.in.c.t.de consti.lib.6.

19 Contrariā † & affirmatiuam sententiam tenuit Bal.in.l.si ita .§.idem ait supra nau. caupo. stabu. & hic col.1. Gul. de suza. in suis qq.statutarijs in fin. dicens statutum puniens offendentem in domo locum habere etiam in offendente in confinibus domus & sic etiam in ostio domus Alber.in.l. pręsenti in fin.C.de his qui ad eccl.confu. Barb.lib.4. cons.33 post nu.5.Clar.dicens ita communiter seruari in practi.crim.§.fi. q.82.uer.statutum il ix.

Et probatur hęc opin.in primis per tex. in .l. 1.§. hoc interdictum infra de cloa. ubi appellatione cloacę uenit tubus & sic ostium ipsius cloacę. Et in.l.si aquęductus cum.l.seq.supra de contrahen.emp.ubi ius aquę ductus uenditum cum fistulis suis licet extra existentibus dicitur uenditum. Et in.l.si fundum.§. qui fundum de leg. 1. ubi legato fundo etiam uia censetur legata & ideo legatario est pręstāda,Et sic in omnibus his iuribus idem iuris est de tubu, fistulis, & uia, quod de cloaca, aquęductu, & fundo, ita in casu nostro idem iuris esse debet de offendente in ostio quod de offendente in domo.ar.l.non possunt de legi.

20 Verum † his & similibus iuribus respondere potest primo quod loquuntur in materia fauorabili, bonę fidei, uel saltem indifferenti, in qua lata sit interpretatio.l.1.C. de sent.pass.c. odia de reg.iur.in 6. nos uero in materia statutaria & pœnali inqua stricte proceditur ut in .l. 3. §.hęc uerba supra de nego. gestis in .l. t.§. si is qui nauē sup de exercito.in.l.quicquid astringendę de uer. ob. & supra dictum est, ideo que de vna ad aliam non licet inferre nec arguere l.papin.exuli supra de mino.l.fin. de calum.l. naturaliter.§. nihil commune de acq.posses.

21 Secundo † respōderi potest quod illa iura concludunt per cōtrarium nempe quod appellatione domus uenit etiam ostium ipsius domus, sicut appellatione cloacę uenit tubus, appellatione aquęductus ueniūt fistulę, & appellatione fundi etiam uia cōtinetur, quod & uerum est quia in toto etiam pars eius continetur.l.in toto &pars de reg. iur. sed e conuerso quod appellatione ostij ueniat domus adeo ut ille qui offendit in ostio dicatur offendere in domo & sic incidat in pænam statuti punientis offēdentem in domo; illa iura non probant, nec eorum uerba ad hoc conueniunt ideo nec cōuenire debet dispositio.l.4.§.toties damn. infe. c. ex parte de concess. præb. per Bar.in.l.ita autem infra de admi. tuto.

22 Tertio † responderi potest retorquendo illa iura, nam si ex proprietate sermonis appellatione cloacę veniret tubus, appellatione aquęductus uenirent fistulæ, & appellatione fundi uenirer uia,frustra in illis iuribus fuisset de eis dubitatū & frustra fuissent ea ibi disposita,quia expræssio corū quæ tacite insunt nihil operatur. l. 3. de leg. 1.l. iam dubitari & .l.cornelius infra de hær. insti. per Bar. in l. aliquando de cond. & de.& quia certum amplius certiorari non debet.l. t. de act. emp. l. item ueniunt.§.petitam de peti.hære.&.c.si duobus de app.&.c.cum q de reg.iur. lib. 6. & rei demonstratę frustra adijcitur demonstratio .l. 1.de dote ꝑleg.in fi. & demū illa iura de indubitabili quoque fuissent cōtrario.in.l.quod labeo de carb.edi.in.l. domi

tius labeo.j.de testamen.cum vulg.

23 Probatur † Secundo per tex. in .l. iulianus .§. fin. supra de act. emp. Vbi ędium esse dicuntur quæ pars ædium sunt uel propter ædes habentur, at ostium est ędium & propter ędes habetur ut ex domo exire ut in domum ingredi liceat, ut patet ad sensum, & ex experientia rerum magistra auct. de app. į prin. & c. quā sit de elect. i 6. p Bal. l. actor. col. 1. C. de pba. merito &c.

24 Huic motiuo † potest respondera primo retorquendo ex quo dicit ędium sunt & non ędes sunt, nam ostium ipsius domus est, non ipsa domus, Bar. in d. §. hoc seuatus cons. & clarius in d. l. 1. de cloa. & sic differt a domo sicut dominatum a dominante iuxta no. in. l. seruum titij supra mand. in. l. si heredis seruus de leg. 1. in. l. si communis seruus meuij de sti. ser. per scrib. in rub. infra de no. ope. nun.

25 Secūdo † respōderi potest illū tex. loq in ędib' quarū appellatione ōne edificiū seu ōnia edificioru genera continentur .l. qui ędes in fi. infra de incen. ruj. naufra. Bar. in d. l. 1. §. deinde de cloa. & totum integrale & magis generale est. l. cum q ędes de usuca. cum glo. omnes suas partes comprehendens .l. malum nauis cum glo. de uer. sig. domus autem est constructio quędam consistens ex solo pariete & tecto, secundum philos. & secundum legistas ex solo & superficie. l. qui res. §. aream de solu. l. solum de rei uen. l. domum de contrah. emp. per Affli. dec. 392. nu. 12.

26 Tertio † etiam potest responderi ibi agi de his quæ uenditis ędibus ueniūt in actione exempto & determinari uenire ea quæ sunt ędium uel propter ędes habentur uelut putealia funes labra salientes fistulæ quę salientibus iunguntur quamuis etiam longe extra edificium excurrant & sic non haberi respectum ad ea quę uel partes integrales uel substantiales dicuntur & ędibus in sunt, sed potius ad ea quę accessionia uice contractui emptionis accedunt.

27 Probatur † tertio per tex. in. l. pręedijs. §. pen. de leg. 3. ubi balneę in legato domus ueniunt & pars domus esse dicuntur si aditum ex domo habeant, at ostium domus est huiusmodi quia ex eo ad domum patet ingressus iuxta authoritatem sacrę paginæ Io. x. qui nō intrat per ostium &c. ergo &c.

28 Verum † responderi potest primo illum tex. loqui in ultimis uoluntatibus in qbus plenior fit interpretatio .l. in testamētis de reg. iur. l. qui lancem de aur. & ar. leg. & .l. titia. §. seia. eo. tit. & ubi de uerborum proprietate agitur non ualere arg ab ulti. uolun. ad contractus uel ad iudicia las. in. l. pactum inter heredem in prin. ... de pact.

quia actus uiuorum non recipiunt interpretationem glo. quam sing. dicit ibi Bal. in. l. nulla. C. de iu. do. las. in .l. quę de legato nu. 8. de leg. 1.

29 Secundo † responderi potest quod, dato quod ostium pars domus sit ueluti subiectiua, non tamen sufficit ut locus sit statuto requirenti offensum esse in domo, quia aliud & diuersum est esse in domo, & aliud esse in parte domus, nam qui est in tecto est supra uel extra domum & tamen tectū est pars domus, ideo non sequitur quod qui est in parte domus, est in domo d. l. cū q ędes Bar. in d. l. 1. §. deinde infra de cloa. nec e contra quod quæ sunt in domo sint de parte domus, nam pisces pulli & cętera animalia quæ sunt in domo non dicuntur pars domus nec de parte domus ut in. l. fu- pes & .l. seq. supra de act. emp.

30 Tertio † etiam responderi potest quod ostium non potest dici habere aditum ex domo, sicut balneę habere possunt, quia ipsum met ostium est aditus domus, & nemo sibi ipsi seruit. l. in re communi de ser. ur. prę. Dec. in. l. neque pignus de reg. iur. ideo tex. ille & eius uerba huic .q. applicari non possunt per g. l. 4. §. toties de damno infe. l. si seruum. §. non dixit pretor de acq. hæ. l. si uero. §. de uiro infra eo.

31 Facit † quarto & ultimo pro hac sententia Glosa in. c. dum sanctam de pœniten. dist. 2. ubi dicitur quod Christus est in porta & qui est in porta partim intus partim extra portam est, ergo in proposito nostro ille qui est offensus in porta domus dicitur offensus in domo ex ea parte quę intra domum est. Idq; maxime ut fiat interpretatio ad fauorem publicę utilitatis ne delicta remaneant impunita ad uo. in .l. si ita vulneratus supra ad leg. aquil. in .l. licitatio. §. quod illicite de publica.

32 Sed † & huic quoque fundamento respōderi potest primo retorquendo nam cum ille qui offenditur sit in ostio & sic partim intra partim extra domum, offensus ab eo qui extra domum est necessario dicitur esse offensus ab ea parte qua ipse extra domum est. Et sic fit interpretatio pœnæ statutariæ exclusiua iuxta not. in. l. respiciendum & in. l. hodie & in. l. pen. infra de pœn. & in. c. in pœnis de reg. iur. in 6.

33 Secundo † responderi potest quod dato quod offensus in ostio domus dici possit aliquo respectu esse in domo non tamen sufficit ad condemnandum offendentem pœna statuti punientis offendentem in domo, nam cū hoc statutum possit dupliciter intelligi, vno modo quod illa uer. in domo referatur ad offendentē, alio modo q referatur ad offēsū, idubio fieri d3 interpretatio

vt

ut referantur ad offendentem ad quem uerba diriguntur Ias.l. 1. §. bonorum nu. 16. ad treb.Crot.lib.2.cõſ.116.nu. 7. & Alex. lib.2.conſ.24.nu.27.& qui ex eo actu uenit puniendus, iuxta no. per Bar. in .l. fin. §.titia de libe.lega.in.l. ſicul .§. ſi a filio de leg.1.Alex.in.l.ſi idem.§.fin.de iuriſd.om. iud.Veri.i.l.ex facto nu.309.infra de uulg. Grat.lib.2.conſ.iij.nu.40. & ſic quod non incidat in pænam ſtatuti niſi probetur legitime offendentem extitiſſe in oſtio domus dum offendebat exiſtentem in domo.

34 Tertio † etiam reſponderi poteſt hoc ſtatutum intelligi debere quando uterq; tam offendens quam offenſus eſt in domo, tum quia uerba ſtatuti in potiori ſignificatione intelligi debẽt ar.no.in.l.1.§.q i perperuũ ſupra ſi ager uectig. uel emphi. pe. & in .§. ſed ius quidẽ ciuile uer. ſed quoties de iu. nar. & potior ſignificatio eſt ut utrunq; cõprehendat ar.no.in auth.ita q;.C.communia de ſucceſſ.in.l.re coniuncti de leg.3.in

35 .§. ſed hodie inſtitu. de adop. rum † quia regula eſt ꝙ qualitas appoſita in oratione poſt duas nominatas perſonas ad utranq, pariter referri debet.l.mulieri & tirio & ibi Bar.de cond.& de. Alex.lib.6.conſ.100. nu.4.maxime cum vniformiter in iſto caſu utriq;cõuenire poſsit ad tradita per Ruin. lib.2.conſ.140.nu.7.Paris.lib.2.conſ. 38. nu.28.tum etiam quia ueriſimilis ratio motiua ſtatuentium, (quę fuit ut propria cuiq; domus tutum poſsit eſſe refugium ar.l. pleriq; ſupra de in ius uocan.&.l.nemo de domo cum ibi not.de reg. iur.) tunc uere & proprie ſortitur effectum quando offenſus intra propriam domũ exiſtens ab alio pariter intus dictam domum aggreſſus offenditur, ideo ni mirum ſi tunc demum locum ſibi uendicat ſtatuti diſpoſitio.

36 Et ex his † clare patet.q.eſſe ſubtilem ac diſputabilem. Pro cuius reſolutione ego amplector hãc ſecundam & affirmatiuam ſententiam. Primo ꝓ tex.in.l.1.§.quod dicimus infra de ſucceſſ. edi. ubi paria ſunt petere bon.poſſ.in centum diebus & intra centum dies, ſicut paria quoque ſunt naſci in decem menſibus & intra decem menſes. l.gallus in prin.cum glo.infra de lib.& po. ita ſimiliter paria eſſe debent quod quis offendatur in oſtio domus uel intra oſtium domus & ſic in domo.

37 Secundo † per tex.in.l.vulgaris in prin. infra de furt.ubi tangens auriculam hominis dicitur tangere totum hominem, & aperiens dolium & modicum uini uel olei ſub trahens totius vini uel olei furtum commiſiſſe dicitur, ita pariter offendens alium in aliqua parte domus, puta in oſtio, dicitur in tota domo offendere, & per conſequens in ſtatuti pęnam incidere, Iuxta illud Nam de mille fabę modijs cum ſurripis vnam eſt leuius damnum tibi non facinus. minus eſto glo.in.l. ſi proprietarius. §. ſiu. de damn.inf.

38 Tertio † per glo.in clem.cauſam in uer. in domo de elect.ubi appellatio quę notificari debet in domo exponitur.i. aute domum, & ſat eſt notificari ante domum .i. apud domum ut in.l.fundi.§.item quod in ſulæ ſupra de act.emp.late per Roma.cõſ. 376.quæſtio eſt col.2.& ſeq.

39 Quarto † quia dic. in, in prępoſitione denotat intrinſicitatem d. §. in flumine cum concot.de quibus ſupra,maxime in ablatiuo, iuxta illud Bal.in campo curro , ſi ſis, bene dicis in illo, ſi ſis exterius in campum ſit tibi curſus in.l.data opera nu. 26. C. de his qui accus. non poſſ.ergo qui offendit alium in oſtio dicitur offendere intus in oſtio, quo loci eſt domus, & ſic dicitur offendere in domo

40 Quinto † quia in pœnalibus & alijs ſtricti iuris diſpoſitionibus permiſſa eſt interpretatio etiam lata quatenus uerborum ꝓprietas patitur ut in .l.ita fidei in fine prin. infra de iure fi.in.l.nominis .§. uerbum de uer.ſig.Bal.in.l.1.in fin.C.de proba. Aret. in.l. cum lege in prin. de teſta. Galiau. in l.1.§.ſiquis ita nu.4.ubi etiam Alcia.nu.8. de uer.obl.Nicou. in rub.infra de no. ope. nun.nu.254. Sed proprietas verborum ſtatuti patitur ut etiam compręhendatur offẽdens in oſtio domus arg.not.in.l.fundi ſupra de contrahen.emp.ex quo maxime ſecundum communiter accidẽtia oſtium eſt in pariete domus & ſic in parte domus, & idem quod iudicamus de toto iudicamus etiam de parte. ut no.in.l. quę de dota de rei uen.in.l.iuriſgen.§.adeo. ſupra de pac. per Euet.in centu.in loco a toto ad par. in prin.merito &c.

41 Sexto † quia parificatur in iure factum in domo & factum in oſtio domus, & factũ in naui & in littore iuxta nauem ut in .l. 3. §.1. ſupra nau. caupo.ſta.ergo ſicut offendens in domo ſtatuti pœna punitur ita etiam offendens in oſtio domus (per arg.a pari) eadem ſtatuti pæna punietur arg.no.in .l. ſi ſocer a genero in prin. infra eo. in .l. ſi de eo.§.fin.de acq.poſſ.in.l.de quibus & ibi Ang.ſupra de legi.per Bal.in.l.conuenticula .C.de epi.& cler. Quod etiam comprobo ar.tex.in.l.lex cornelia.§.domum.j. de iniur.ubi appellatione domus non ſola proprietas domus ſed etiam domicilium continetur,ſed oſtium dicitur eſſe de domicilio ex quo ſine eo non habetur acceſſus ad domum & ſic domus habitati uõ poteſt merito &c.

42 Septimo † quia uerba statuti punientis offendentem in domo diriguntur ad ipsum offensorem & ideo ad eum referri debent Alex.lib.2.consi.24.nu.27.Ias.in.l.1.§.bonorum nu.16 ad treb.at offendens tunc di citur offendere quando percutit & percute re dicitur quando cutem tangit ut optime decla.Bar.in.l.libellorum uer.ulterius quæ ro nu.7.infra de accus.& quando fit percus sio offensi & cutis tactus, is qui offendit, of fendit existentem in domo, quia sub pari ete & tecto & sic in parte domus .l. eum qui ędes de usuca.merito offendens statuti pœna puniri debet.

43 Octauo † & vltimo quia domus est nō so lum quatenus protendūtur parietes verum etiam quatenus protenditur tectum eius que stillicidia & sic spacio duorum pedum circum circa extra murū quem locum alij occupare non possunt ut in.l.fin.supra fini. regun.in.l.mæniana ubi de decem pedibus dicitur .C.de edifi. priua. Quo fit ut ille qui est in ostio domus existente in pariete domus dicatur omnino esse in domo, ita ut si fuerit offensus dicatur offensus in domo, & offendens statuti pœnam incurrat.

44 Amplio † hanc conclusionem ut supra firmatam procedere etiam in eo qui aggres sus alium in domo sua vel ostio domus suę persequutus est eū fugientem extra domū & ibi eum percussit Alex. in.d.cōs.24. nu. 25.quia in his quę sunt de genere prohibi torum prout est offensio proximi.l.ut uim de iust.& iu.&.§.pen.Inst.eo.& in.l.1.C.vn de ui.cum utrobique not. attenditur principium actus quando finis habet necessari am dependentiam a principio ut in.l. qui cum maior infra de bon.liber. in .l. damni §.fabini & ibi Bar.de damn.infe. In.l. 3.§. scio de mino.Bar.post Dy. in .l.1. infra de Incen. rui.naufra.Crot.in.l. 1. in prin. nu. 5.infra de acq poss.Benedi.de accoltis in terconf. Soc.lib.1.consi.151 secunda sub scrip.nu.15.prout est in isto casu, Ideoq;

45 † si quis percusserit alium in platea qui de inde fugiēs moriatur ī domo, dicitur occi sus in platea & non in domo Bar. in.l.libe rorum ver.sed quęro aliquis percussit de accusa.Soc.lib.1.consi. 55. in fin. ita si ag grediens alium in domo & aufugientem in platea offendit seu verberauit aut vulnera uit,dicitur in domo offendisse verberasse aut vulnerasse propter finem habentem de pendentiam a principio & consequenter statuti pœnam incurrisse per supradicta.

46 Limito † etiam hanc conclusionē non procedere primo quando ostium positum esset extra domum ut dicitur esse Veronę glo. in .l.fin.supra de ser.vrb.pręd.Bar. in d.l.1.§.hoc interdictum de cloa. Ias.in.l. cętera.§.hoc senatuscons. de leg.1.& in .l. plerisq; nu.20.supra de in ius vocan. facit tex.in.l.eo iure .§. tabula. supra in quibus cau.pign.taci.contraha.tunc enim tanquā ex separatis non bene infertur.l.fin. supra de calum.Ias.l.si ex falsis col. 1.C.de trās. Dec.consi.319.col.fin.Tiraq; de retra. con uen.§.2.glo.vni.nu.63.

47 Limito † secundo non procedere quan do offensus esset in porticu,quia non dice retur offensus in domo, Bar. in.d.l.cętera §.hoc senatuscons.de leg.1. Veron. de ser. ui.ur.prędio.cap.44.de claustro seu conclaui.nu.6.Alex.pro communi in .d.l. plerisq; nu.4. sicut in simili dicimus inquisitum pro crimine cōmisso in strata absolui probato crimine commisso in uia Bar. in.l. pen. C. de priui.domus augu.lib.xi.Mars.cōs.112. nu.2. & seq. secus aurē si statutū puniret of fendentem ad domum quia tunc procede ret etiā i offendēte in porticu domus ex cō muni sentētia in practica obseruata de qua post Alb.&Aug.testatur Clar.lib.5.practi. crim.§ fin.q.82.ver.statutum.x.pro qua eti am faciunt dicta Bar.in.l.item apud.§. cō uicium infra de iniur.

48 Limito † tertio non procedere quando appareret offensum fuisse extra clausuram ostij domus Bar.in.d.l.1.§. hoc interdictū de cloa.doc.in.d.l.plerique & pro cōmuni sententia Alex.hic nu.5. quia isto casu nō diceretur verificata & probata qualitas in sta tuto expressa & sic a statuto requisita Bar. in.l.1.§. quod autem infra nequid in flu. pub. Bal. in.l. ob hęc verba supra de his qui not.infa. Alex.lib.2.consi.223.uiso.col. 1.Mars.consi.212.nu.4.Natta lib. 2. consi. 254.nu.2. Hinc est quod si vnus testis de poneret de offensione facta in ostio, alter de offensione facta iuxta ostium, essent sin gulares secundum Bal. in.l. de quibus nu. 38 supra de legi.& consequenter non plene probarent.l. vbi numerus supra de testi. .l. iusiurandi ad fin. C. eo. &.c. veniens. .i.&.c.licet extra eo.

49 Limito † quarto non procedere quando offensus esset in apoteca etiam domui con iuncta Bar.in.l.1.infra de lib.agno.& in .l. 4.§.pretor infra de damn.infe. Fely. in proem.grego.nu.9.Paul.Castr. consi. 21j. viso puncto lib.1.facit tex.in.l. lex cornelia .§. si tamen cum glo.de iniur.Bal.in consi.7.in cip. statuto cauetur. Ias.in.d.l.plerisq; nu. 17. idem si offensus esset in ostio uilis simę domus per ea quę tradit Ang. in .§. hinc nobis p glo.ibi in auct.de hęr.&falci. Bal.in.l.fin.C.de edil.actio.& Mars. consi. 103nu.22.&seq. Et qu d dixi de apoteca sublimita non procedere quando ad eam daretur aditus per ipsam domum eadem

que

que contignatione & fundamento referare tur per ea quę scribit Alex.lib.2.conf.224. col.2.& Paris.lib.2.conf.80 col.1.

50 Limito † quinto non procedere quando offensus esset in hospitio tanquam uiator Bal.in.l.1.§.habitare supra de his qui deij ece.vel effu.& in.l.ea quę ad fin.C.quomo do& quādo iudex Ias.in d.l.plęriq;sicut.n. statuto requirēte tēpus aliquod debet illud tēpus ꝓbari & seruari Bal.i.l.ōnes populi col.pen. de iust.&iu. Mars.cōf.65.nu.4. ita per argum.a tempore ad locum in casu no stro quo statutum loci qualitatem designat debet de loco statuti probari ad not.in.l. uinum supra sicer.pet. in .l. fin. supra de tritica.per Euer. in cent. in loco a tempo. ad locum in prin. idq; naturaliter debet non accidentaliter intelligi.l.fin.C.de his qui ueni.eta.Impe.l.ex ea.§. insulā de ver. ob.e.susceptum de rescr.in6. Imol.&doc. in.l.1.§.lex falcidia infra ad leg.fal.

51 Limito † sexto non procedere quando nonconstaret de offensione facta & sic de delicto , quia eo casu fieri deberet inter pretatio exclusiua delicti & sic ad pręten si offendentis fauorem arg. l.fin. C. de in terdi.matri.&.l.si pręses & .l.pen. infra de pęn.per Bar.in.l.non solum.§.sed ut proba ri de no.ope.nun.in.l.2.ī fi.de duo.re.Abb. in.c.auditis col.antepen.extra de pręscrip. Roma.conf.113.pro decisione Mars.conf. 104 nu.22.& seq.

52 Limito † septimo non procedere quan do offendens fuit ante aggressus ab aduersa rio & ad suā defensā illū offendit quia quā uis dicatur illum offendere in domo nihil ominus etiam dicitur id fecisse lege permit tente ut i.l.ut uim de iusti.&iur.in.l.1.C.vn de ui.in.l.1.C.quando lice.se fine iud. uin. in.l.1.§.cum arietes supra si quadru.paupe. fe.di.i.l.si is qui.C.ad leg.Corn.de Siccar. ideo pœnam non meretur .l. graccus de adulte.Mars.conf.25. nu. 17. & per tot. & conf.99.nu.4.& seq.

53 Limito † octauo non procedere quando ex aliqua probabili causa controuerteretur quo loci esset offensio facta non apparen te num fuerit in domo vel ostio aut alibi sa cta quia eo casu debet fieri interpretatio & pręsumi extra domum & sic in loco minus punibili facta arg. l.merito supra pro Soc. Bar.& doc.in.l.non solum.§.sed ut probari infra de no.ope.nun.' & pro communi sen tentia Alex.lib.2.conf.24.nu.23.& per Gā di.in.tract.malefi.tit.de penis reorū nu.5 t

54 Limito † nono non procedere quando quis offenderet in ostio eius domus quam offensus non habitaret familiariter, quia statutum de quo agimus de domo in qua of fensus habitat familiariter debet intelligi iuxta no.in.l.4.§.toties infra de damno In fe.in .l. 1. de libe.agno. & in.l.censoria de uer.sig.& per Nell.in tract. bannito.in ter tia parte primi tempo.q. 3. nu. 3. facit do ctri.Bar.in.l.nec in ea infra de adulte.Pau. Castren.& Ias. in d.l.plerique, col.3.de in ius uocan.

55 Limito † decimo & ultimo non procede re in mandante alium offendi in domo,uel in ostio domus quia iste mandans non inci deret in pęnam statuti prędicti ex quo sta tutum in personam non in rem loquitur,iu xta doctri.Bar.in.l.& si unius .§. seruus nu. 2.& seq.infra de iniur.& in.l.aut qui aliter §.fin.nu.3.infra quod ui aut clam,quam di cunt communiter approbatam Alex. in .l. 1.in prin.nu.23.de uer.ob.Dec.in.l.si quis id quod nu. 38. & seq. de iurisdi. om. iud. Curt. iun. in .l. 2. §. si procurator nu.4. su pra quod quisque iur. & Clar. lib. 5. sen

56 tentiarum.§.fin.q.89.col.2.& ex quo † sta tutum in principali & uere offendente non in ficto debet intelligi per reg. l. si quis nec causam supra si cer. pet. & .l. quęritur de sta.ho.& in.l.si quis ingenuam .§. in ci uilibus de capti. & in simili per Fely. in rub. extra de treu. & pace col. 3. & Mars. conf.67.ucris.nu.21.

SVMMA RERVM CAPITA

1 *Infortiatum dicitur quia fortes leges habet secundum allusionem uocabuli.*

2 *Nomen censeri debet impositum consequens rei*
Ex bono nomine oritur bona pręsumptio.

3 *Tortura incoari debet ab eo qui malum seu turpe nomen habet pręsumptiue.*
Malum nomen in genere dumtaxat indicat ad torturam.

4 *Infortiatum dicitur ab authore.*
Diuinatiuus intellectus reprobatur. Quod limi.quando melior haberi non potest nu. 5.
Vel quando conuenit cum verbis rub. nu.6. vel cum verbis legis nu.7.vel consonat auribus vulgi nu.8.aut legibus uel rationibus pręceteris ꝓbatur nu.9 & si maiorem dubitan.rationem habet aut verba in potiori significa. capit ibidem.

8 *Arg.ab opin. vulgi lic.tum est ad coniecturandam mentem alicuius.*

10 *Nomina magistralia imponuntur & mutātur ad placitum, ideo eorum quęstio est pertinacibus relinquenda.*

11 *Represalię.concessę contra ciues perusinos uel homines de perusia an possint, exerceri contra eum qui proprio nomine perusinus nuncupatur. De cōmuni opi.nu 28. & de uerita.40.& seqq.*
Represaliæ sunt ius capiendi vnum pro alio, easque priuati exercere prohibentur

12 *Repręsalię a principe conceduntur propter delictum populi vel ius dicentium.*

Quęstio

23 *Quęstio de casu dubio esse debet.*
Perusinus & de perusia idem est. De ueritate nu.seqq.
24 *Ver. de perusia originem, Perusinum originarium & incolam significat.*
Intell.l.1.in fi.de tuto.& cur.dat.ab his. & nu. 16.& seq.
Intell.l.prouinciales de ver.sig.& nu 19.
25 *Intell.l sed & reprobari.§. amplius cum glo. de excus. tut.*
Intell.l assumptio in prin.infra de mune. & ho. & nu.28.& seqq.
26 *Paria sunt aliquem nomine proprio uel alia demonstratione designari.*
Genitiuus originem ac dominium significat.
28 *Alternatiuę natura est poni inter ęqualia uel parum distantia.*
19 *Textus glosari non debet.*
20 *Prouincia qua dicatur.*
21 *Intell c.1.de spons.& nu.seq.*
Arg.a nominis proprij ęthimologia nō licet quia ad recognitionem tantum nomina propria fuerunt inducta.& nu.37.
23 *Ex modica facti uarietate ius mutatur.*
24 *Intell.l.facta.§. si in danda. infra ad treb. & nu.seqq.*
Lex hortatiue loquens quando obliget ad obseruantiam.
26 *In vltimo fit interpretatio plenior pro validitate, & exitu ipsarum.*
27 *Hęredis persona diuersa est a persona testatoris*
28 *Errans non consentit*
Ignorantia non est in facto proprio toleranda
29 *Mentiens dicitur esse in dolo*
30 *Varium est ac mutabile uulgus*
31 *Intell.l.fin.§.pen.infra ad muni.& nu.seq.*
32 *Nullum simile est idem.*
Idēitas nominis identitatem substantię arguit
33 *Indicium minus est quam semiplena probatio.*
34 *Intell.l.vni C.de muta.no.& nu.seq.*
Nomina propria cū verbis dispositiuis prolata semper demonstratiue ponuntur.
35 *Nomen proprium sine legitima causa mutari non potest.*
36 *Nomina appellatiua immutabilia sunt*
Homo fingere non potest
37 *Arg.ab ęthi.nominis proprij affirmatiue non ualet quoad ęthimologiandi effectum.*
Fall. quo ad iudicandū & recognoscendū nu.seq.
39 *Sermo Perusinus ergo de Perusia non est ęthimologia sed potius allusio uel deriuatio*
Arg.ab allusione vel deriuatione non valet.
40 *Nomen nudum solum non arguit effectum rei.*
Vulgus decipi potest vel male sentire.
41 *Lex alterum alterius odio pręgrauare non debet*
42 *Interpretatio fieri debet nequis cadat in delictum & pęnam*
Delinquens cēsetur se tacite ad pœnam obligare.
43 *Represaliarum materia exorbitans est a iure communi*
In exorbitantibus stricte proceditur
44 *Interpretatio in benigniorem & mitiorem partem fieri debet*
45 *Perusinus nomine appellatiuo nuncupatus pro represalijs capi potest*
46 *Ciuis dicitur in materia represaliarum qui ex ciuitate non qui ex uico est*
47 *Represalię non possunt exerceri contra bona eius cuius persona pro represalijs capi non potest*
48 *Perusinus proprio nomine vocatus subiens munera perusię per se uel alium potest pro represalijs capi.*
Idem quando cum proprio nomine concurrit origo nu seq.
50 *Nomen proprium loci inditat ad capturam ut ille ex eo loco oriundus sit*

QVAESTIO NONA

1 EX secunda† respōsione glo. in qua dicit iortiatū nuncupari quia fortes leges habet, Adde tu, iux.illud, sum liber en fortis dis ponēs spolia mortis, & clausis portis me discat lector in hortis, & alludens etiam uocabulo iuxta not. per glo. & doc. in.l.1 .in prin.de acq.poss.& in insti. de testa.in. prin. per Alcia.in .l. tabernę de ver. sig.Rip.in.l. quominus nu. 128. de flumi. Mod.in.l.2.§. appellata si cer.pet. Notan
2 dum est † quod nomen consequens rei censeri debet impositum ar.tex. in.§. est & aliud Insti.de dona.&.c. fin.42.distin.glo. in l.decernimus C.de epi.& cler. & iu §.in reliqua in proe.digestorum, vnde ex bono nomine otiri dicitur bona pręsumptio & e cōtra Io.an.in.c.grauis extra de depo.Ias. hic lect.1.nu.16.& accursius alias gloriatur de nomine suo quasi ipse occurrerit tenebris iuris ciuilis in.l.facta.§.si in dāda. infra ad
3 trebell. Hinc est† quod si ex duobus torquendis unus turpe seu malum nomen habeat & alius bonum et honestum, tortura ab habente malum seu turpe nomen est incoanda Gomes.in.§.sic itaq;nu.17.Insti.de actio.Gerar.not.75.magnum Mars.in.l.1. col.pen.infra de quęstio.Cagno.in proem. digestorum.§. discipuli. nu. 180. Quod pręsumptiue non necessario concludere debet intelligi iux.no.per glo.in.l. fin.§. pen. infra admuni. & pro communi sententia Boer.q.13.nu.24.quia malum nomē in genere dumtaxat ad torturam indicat non ad condemnationem, secundum Io.An. Car. Imo.& doc.in.c.1.extra de deposi. Abb. in proem.decre.col.2.ubi etiam Fely.nu.32.

Blanc.

Blanc.de inditijs & tor.ver.nomen malum
nu.405.Cason.de tormen.cap.13.nu.8.

4 Ex tertia † responsione glo.quod infor-
tiatum ab authore dicatur, arg.l.2.§. post
ea supra de orig.iu.&.c.quędam 2.dist.quę
tanquam diuinatiua communiter reproba
batur iux.not.in.l.si putator supra ad leg.
aquil. in .c. ut nostrũ extra ut eccle. benefi.
Notandum est diuinatiuum intellectum le
gis in iure reprobari.concor.tex.in.l. iube-
mus.§.pen.C.de testa.& in.l.si fideiussor.§.
sicum debitor.supra mand.Bar.in.l.natura
liter .§.nihil commune nu. 9. infra de acq.
poss.las.i.l.huiusmodi.§.cum pater nu.12.
de leg. 1.

5 Quod † limitatur primo non procede-
re quando melior intellectus haberi non
potest Bat. in.l. ita stipulatus nu.27. infra
de ver.ob.Butig.in rub.eo.tit.nu.36.ut iu
ra iuribus concordentur Marian.Soc.in .l.
cum filiofa.nu.123.de leg.1. Deca. senen.
in.c.cognoscentes nu.7.de consti.

6 Limitatur secundo † non procedere quã
do conformis esset cum verbis rubricę sub
qua lex est situata iux.doctri.Bar.in.l.impe
rator de indiem adiect.in.l.1.C.de resti.in
inte.in.l.fin.supra de cond.inde. glo. in .l.
propter insidias.C.qui.accus.non possunt
Io.de prato in rub. licet.pet.nu.5 Grat.li.
2.cons.108.nu.33.Rolan. lib. 1.cons. 86.
nu.62.

7 Limita.† tertio non procedere quando
intellectus diuinatiuus conueniret verbis
ipsius legis ac.no. in.l.4.§.toties da damn.
infe.& in.c.ex parte extra de concess.prę-
ben.aut communi usui loquendi per no. in
rub.infra de no.ope.nun.Grat.lib.1. cons.
42.nu.18.qui proprietati uerborum prę fer
tur Bar.in.l.labeo.de sup. leg. in .l. omnes
populi.nu.58.de iust.& iur.& in.l.talis scri
ptura de leg.1.Abb.in.c.non nulli nu.5.ex
tra de rescrip.

8 Limita. † quarto non procedere quando
intellectus diuinatiuus consonat auribus
vulgi quia tunc tolerabilis est Ias.in.l. cum
qui.§ qui ita stipulatur de ver.ob.Bal.i.c.1.
§.opizoni.de pace constan.in vsi.feudo. Ni
con.in rub.infra de no.ope.nun.nu.237.&
hic nu.4.ab opinione namque vulgi bene li
cet arguere ad coniecturandam mentem
alicuius.l.cum delanionis.§. asinam infra
de fun.instru.&.l.1. ver. circumcolentium
de flumi.& .c. ex litteris.i.extra de spõs.per
Euet.in cent.in loco ab opin. vulgi i prin.

9 Limita. † quinto non procedere quando
legibus aut rationibus prę cęteris proba-
tur Bar. in. l.in ambiguo. nu. 2.infra de re-
bus dub.veluti si maiorem cęteris dubitan
di rationem haberet ex no. per Abb.in .c.
cum in iure de offi.deleg. Dec. in.l.illam
C.de colla.Io.Nicol.in rep.l. generaliter.
nu.110.C.de secun.nup. Grat.lib.1.cons.
101.nu.15.vel legis verba in potiori signi-
ficatione caperet ad not.in.l.1.§.qui in per
petuum supra si ager vectig.per Grat. lib.
1.cons.2.nu.38.

10 Ex quarta † responsione glo.quod nomi
na magistralia, quia imponuntur & mutan
tur ad placitum, sunt pertinacibus relinquẽ
da.l.vni.C.de muta.nomi.Neuiz.lib.1.Syl
nup.nu.3.Ias.& doc.in.§.sic itaq; nu .9. de
actio. Est notan.quod ista est communis
responsio ad propositam quęstionem glo.
quam doc.communiter tenent.Pro qua fa-
cit l.non omniũ supra de legi.& glo.in.l.1.
§.pueritiam supra de postu.glo.& Bar.in.l.
relegati .§. de pęn.& in .§. furtiuę ver.nam
furtiuarum Insti.de vsuca.& istam esse com
munẽ sententiã hic testantur Alex.& Aquẽs.
nu.7.Rip.8.& Pout.33. Quam limito non
procedere in nomine dignitatis vel officij
Bar.in.l.eos.infra ad leg.Co:n.de fals. Fe-
ly.in proem.gregoria .nu.27.

11 INFERTVR p Bar.† ad.q.represaliarũ
concessarum contra ciues perusinos uel ho
mines de perusia an exerceri possint contra
eũ qui pprie nomine perusinus nũcupatur?
Pro cuius.q.faciliori intelligentia premit
to represalias esse ius capiendi unum pro
alio ut in auct.ut non fiant pignora.& in.c.
1.de iniur.lib.6. Et iure ci. prohibitas esse
a priuatis exerceri .l.fi.C.ad leg. iul. de ui
priua.l.vni.C.ne quis in sua causa.per An-
12 ca.cons.140.col. 1. Nisi a principe conce
dantur.ut no. in .l.nullus.C.de iude.Bar.in
tract.represa.2.q. primę quęstionis prin.
Gui.pa.q.32.qui propter delictum populi
uel iurisdicentium in denegando uel negli-
gendo administrationẽ iustitię concedere
solet Bar.in.l.prouinciales .de vet.fig. in.l.
nullus.C.de iudę.& in.l.fin.C.de naui. lib.
xi.& in.l.generali.C.decur.lib.x.Bal. in .c.
1.de milite uasal.qui cõtumax. est i vsi.feu.
Roma.cons.48.nu.1.Syluan. cons.35. nu.
30. pat. prima Rolan. lib.1.cons. 72. nu.
16.&fran.marc.q.769.nu.5.& pro commu
ni sententia Alex.de neuo cons.34.nu.13.

13 Et hoc pręmisso † ut quęstio sit de dubi
tabili casu iux.not.in .l. domitius infra de
testa.in.l.quod labeo.C.de carbo.edi. uide
tur prima facię affirmatiue cõcludendum
primo quia idẽ est dicere perusinum quod
de perusia.c.1. extra de spõsa.ubi eos quos
prius dicit de francia uel saxonia subin-
de in eodem themate francos & saxones ap
pellat & sic promiscue francum & de frãcia
saxonem & de saxonia nuncupat.

Et licet † Alex. hic nu.9.respondeat q;
14 immo est differentia inter eum qui est de
perusia & perusinum, quia primus verifi-
catur

catur in eo dũtaxat qui originarius estBar, in.l.1.§. si plures supra de exercito.in.l. 1. §.nũc uideamus infra de coniung.cũ emã. libe.in.l.de prioribus.C.ad leg.aq l.Paul. Castr.in.l.si eadem in fi.supra de offi.asses-so.A lex.lib.6.conf.1 16 col.fin,Rolan,lib, 1.conf.72.nu. 7 & seqq. secundus vero nõ solum in originario verum etiã in incola. iux.doctri.Bar.in.l.prouinciales de ver. sig. cum qua magis communem doc.sententiã esse dixit Boer.q.13.nu.24. & quę probari dicitur in.l.1.in fi.infra de tuto.& cura.da, ab his.ubi prę ses prouincię potest dare tu-torem his qui eiusdem prouincię sunt, uel ibi domicilium habent. Et in d.l.prouin ciales,ubi dicuntur prouinciales qui in lo-co domicilium habent & non qui oriundi

15 sunt,Nihilominus † replicari potest & con trariũ tenet Bar.in.l.1.nu.19.j.ad muni. & in tract. represaliarum 7.q.prin.in prin.in l.si possessor.§. ait senatus s de peti.her. & Alex. lib.5.cõs.41.nu.12. quod scilicet nõ sit differentia inter eũ qui dicitur perusinus vel de perusia, & cum eo doc. communiter etiam tenent ut hic testatur Rip.nu. xj. Et probatur hęc sentẽtia in.l.sed & reprobari §.amplius cum glo, infra de excus. tut. ubi commaneus docens in propria patria excu satur ab onere tutelę sed nõ docens in alia & glo,ibi exponit commaneus .i. de com-manea ciuitate arg.tex. (licet glo. non di cat)in rub. & nigr. C, de colon.illica.& de colo.tracens.cum glo,lib.xij. Probatur eti am in .l.assumptio in prin. infra admuni. ubi assumptio originis quæ non est per er-rorem aut mendacium accepta veritatem naturę non perimit,& sic non facit eum es-se oriundum vnde non est, ergo si non per errorem aut mendacium assumatur nomen originis, utiq; faciet eum esse vnde uere est,ideoq;qui assumit nomen perusini si nũ cupetur perusinus & sit de perusia,uere per hanc nominis assumptionem probabitur eum perusinum uel de perusia esse, Et ad

16 idem † inquit etiam Bar.facere tex. in c. si-gnificante extra de rescrip.ubi iuncta glo, apparet paria esse aliquem proprio nomi ne vel alia demonstratione uicem proprij nominis obtinente designari,

Et hanc opin.tenendo non obst. l. 1. de tuto. & cura. dat. ab his.quia respondetur quod illa uer. eiusdem prouincię,posita in genitiuo originem significant ex not. In sub.infra de no,ope.nun. ut pote de domi-nio & origine illius loci.l.2.§.in locum su-pra de rel ig.&sump.fun.per Roma. conf. 180.in fi.& Affl. dec.239.nu.5.

17 Vel Secundo † quod illa uerba (uel ibi domicilium habent) sint declaratiue posi-ta secundum Pont.hic nu.37.gratia melio ris intelligentiæ dubitationisq, tollendæ ar.l.1.§.sed sciendum de edil.edi.per Abb. in.c.sol itę super glo.in uer.tanquam in fi. extra de maio.& obe.& in.c. certificari de sepult.Dec,in.l.quæ dubitationis de reg. iur.Bello.cõs.7.col.fin, Vel postremo da to quod idem non significent, tamen quia

18 ibi alternatiue ponuntur & de natura † al-ternatiuorum est ut alternatiuata siue equa lia siue parum distantia quo ad iuris effe-ctum ut in.l.1,secundum vnam lectu.infra de rebus dub.per Euer.in cent.in loco a na tura alterna. ver. tertio istud arg. sequitur ut quemadmodũ qui est de perusia ita qui perusinus est ibiq; domicilium habet pro represalijs capi possit.

19 Secundo † non obst. d.l. prouinciales. Quia respondetur ibi subaudiri debere dict. solum , secundum glos. ibi & Soc. iun.hic nu.18.par. 2. non solum enim ori-undi verum etiam qui domicilium in pro uincia habent prouinciales appellantur. Sed si nolletius glossare illum tex.in quo dict.solũ,non est, prout glosari non debet ad nor.i.l.2.§.hoc autem.C.de uet.iu.enu. in.l.gallus.§. uidendum de lib. & po. in .l. ab õnibus in prin.de leg.1.&in.l.prospexit infra qui & a quibus.p Alcia.lib.1.dispun, cap.23.possemus secundo respondere di-uersum esse rationem in prouincialibus a

20 casu nostro nam † prouincia,vnde prouin-ciales denominantur,dicitur regio habens decem vel vndecim ciuitates & unum re-gem uel dominum .c. scitote.6. q. 3. un-de quamuis unus sit unius ciuitatis ciuis & non alterius in qua habitat, si tamen ambę ciuitates in eadem prouincia sunt, prouin cialis est, non tamen subiectus represalijs ut habitator in ciuitate in qua neq; per se neq; per alium munera subit ut inferius in seq.q.dicetur.

21 Cęterum † huic primo arg. respondetur tripliciter primo procedere in nominib[9] appellatiuis seu(ut alij malunt) adiecti-uis, quia in his quo ad iuris effectum dici potest perusinum&de perusia idem esse uel idem significare secus in nominibus pro-prijs que dumtaxat ad hominum recogni-tionem distinctionemq; fuerunt inducta l.ad recognoscendos .C.de ingen.& a quo rum ethimologia non licet arguere .l. fin. cũ glos. infra ad muni. lely. in proem. gre go.uer.prima concl, nu. 29.& seq. Bar. & doc.communiter hic nu.5.prout de com-muni testatur hic Soc.iun.nu.xj.par.2.

22 Secundo † respondetur tex.in d. c. 1.de sponsa.loqui de iure cano. quo ut tantum subtilitas non ita accurate & exacte sicut de iure ipso ciuili attenditur ut in .c. filius extra de testa. & in .c. intelligentia de ver. sig.&

fg.& in.c.dilecti filij ubi etiam doc.de iudi.glos.& doc.in.c.licet causam de proba. & in.c.suscitata de resti. in inte. sed ueritas subtilitati præfertur, ut in doctore ueridico magis quã subtili tradit Arch.in .c. hoc habet 36. di. luc.de penna.in.l. vni. C. de professo. qui in ur.constan.lib. xij. & Petr. Rebu.in.l.vnl.nu.567. C. de sent. quę pro eo.quod interest profe.

23 Tertio † etiam respondetur illum tex.loqui de vniuersitate hominum dum de francigenis & saxonibus mentionem facit iuxta doctri. Bar. in .l. aut facta.§. non nunquam de pęn. Bologni. in rep. auth. habita nu. 336. C. ne fili.pro patre, nos de singularitate hominum idest de aliquo qui perusinus uocetur, ideoque terminos esse diuersos ad not. p doc.in.l.1.de leg.1.ex quibus non est facienda illatio.l.inter stipulantem.§. sacram de uer. ob.l.papin. exulē de mino. maxime cũ ex modica tacti uarietate etiam ius mutetur. Alber.in.l. si ex plagis.§. in cliuo. supra adleg. aquil.Dec.cõs. 637.nu.2.& in.l.pcibus nu.4.C.de impub. Meno.lib.1.cons.50.nu. 4.

24 Secundo † pro hac affirmatiua sententia facit tex. in .l. facta .§.si in danda infra ad treb.ubi ualet institutio sub conditione ista, si nomen testatoris assumpseris quia nihil mali esse dicitur honesti hominis nomen assumere licet si turpe esset sumere nõ teneretur; sed honesti hominis est perusini nomẽ assumere, ergo tenere debet assumptio & per consequens ex ea legitima eiusdẽ nominis probatio est depromenda.

Et si diceretur tex.ibi loqui hortatiue & ideo non obligare ab obseruantiam .l. age supra de trans.Bar.in.l.2. supra mãd.scrib. in.c.1.extra de consti.posset etiam replicari hoc non procedere in prolatis a lege uel a principe ne uideantur contemni ad not.in d.c.1.extra de consti. quorum etiam rogitus prçceptum est, glo. in .l. 1. supra qđ iussu. doc.in.c.eam te.extra de rescrip.

25 Cęterum † & huic quoque motiuo responderi potest primo illu tex.loqui de nomine proprio testatoris & non de nomine originis arg.l.uaorem.§.mann.testa .ex qua quidem nominis proprij testatoris assumptione ille hæres non fit uere testator & persona testatoris sed repręsentatiue & ficte ut in.l.hęres. infra de uiuca.& in auct.de iureiur.a morien.pręsti.in prin.& per glo. in. § siquis alium insti.de inuti.stj. ideoque nõ sequtur ut pœnalia (prout sunt represalię) possint in eum qui est persona ficta & repręsentatiua exerceri. ad no. in.c.pœnę de pœniten.di.1.in.l.fi.C.de interd. matrimo. & in.l.si constante.§.eo.

26 Secundo † responderi potest illum tex. loqui in ultimis uolũtatibus inquibus plenior fit interpretatio.l.in testamẽtis dereg. iur. maxime pro ualiditate actus pro qua iura ualde pręsumunt.l.quoties.2.de rebus dub. l. quoties de reg. iur.& ut ultimę uoluntates exitum habeant ac suum sortiantur effectum.l.vel negare infra quẽadmo. testa.ape. ideoque in materia represaliarũ exorbitanti & pœnali non debet allegari, ar.no.in.l. si uero .§.de uiro infra so.in.l.factum .§. in pęnalibus de reg.iur. & in .c. in pœnis eo.tit. lib.6.

27 Tertio † etiam responderi potest retorquendo quia sicut ibi hæres qui assumit nomen testatoris non est uere testator quia uere alia & diuersa est persona hęredis a persona testatoris ut in.§.sed neque insti.de testam.& patet ad sensum ideoque legem aut rationem in hoc quęrere sit infirmitas intellectus, iuxta dictum Bal. in.l.testamentum.C.de testam.in.l.executionem.C.de exeq.rei iud.in.l.actor.col. 1. C.de proba. & in.l.testium col.pen.C.de resti. Ias. in .l. cum filiosa.nu.56.de leg.1.& in.l.2.§.si liber.nu.6.de cond.causa data.Barba. lib. 2. cõs 7.col 3.Curt.iun.cons.58.nu.6.& cõs. 138.nu.22.ita in casu nostro qui assumpsit sibi nomen perusini nõ propterea uere erit perusinus; & sic pro represalijs capi non poterit.

28 Contrariam & negatiuam † sententiam tenuerunt hic doc. communiter Bar. nu. 4. Alex.9.Rip.55 & pro communi sententia Ponr.37.& Soc.iun.26.par.2.

Quę probatur primo in .l. assumptio in prin.infra ad muni.ubi assumptio originis quę non est ueritatem naturę immutare nõ potest, errore enim uel mendacio rei ueritas non amittitur neque deponitur ; ergo ille qui assumit sibi nomen perusini qui nõ est, non propterea perusinus efficitur quia assumptio originis quę non est ueritatem naturę mutare non potest Neque.n.obstat si dicatur q ibi per errorem aliena origo fuit assumpta ut in uer.errore.n.&c.ideoq; nimirum si assumptio alieni nominis non operatur quia qui errat non consentit.l. si per errorem supra de iurisd.om.iud.l. si procurator in fin.de aeq.re.do. Quoniam respõdetur q in facto proprio non est tolerabilis ignorãtia & sic nec excusationem pręstat.l.fin.infra pro suo.l. plurimum supra de iur.& fac.igno.& propterea in errore & mendacio ibsidem determinari.

29 Cęterum † huic motiuo potest disputando responderi primo q ibi sumens alienam originem mentitur, hic non ; ideo dispositio illius tex.procedit ratione doli. ar. l.ne ex dolo supra de dolo .l. si ab hostibus §.1.§.eo.l.sed & si.§.plane.ff.ad exhib. & ex

insinnatiinne extra de app.& dictorum per Bar.in.l.fin.nu.3.j. de quęstio. & Gramm. uot.30.nu.15.

30 Secundo† etiam respondcri potest quod ibi assumpsit originem ad lucrum, ut scilicet diceretur municeps & gauderet honoribus quibus ueri municipes gaudēt, quod maxime indicat rubrica sub qua lex illa est situata iuxta doctri.Bar.in. l. imperator de in diem adiect. in .l. fin.§.de cond. indebi.& in.l.1.C.de resti.in inte.hic uero simpliciter ex denominatione parentum aut vulgi a quo ita palam fuit nuncupatus ut sępe inter commilitones fieri solet,& ideo necessario non cōcludit cum uarium sit ac mutabile vulgus secundum philelph.deca. 3.saty.1.Tiraq.de pœnis causa 51.nu.97 & Neuiz.lib.4.syl.nup.nu.177. quamobrem de vna tacti specie ad aliam diuersam non licet inferre iuribus vulg.

31 Probatur secundo † in.l.fin.§.pen.eo.tit. ubi municipes rebus probari debent, quia subdit tex.ad propositum, sola nominis similitudo non sufficit ad alicuius originem confirmandam, ergo tanto minus nec ad inducendam ar.no.per glo.&doc.in.c.cum in cunctis extra de elect. in.c.si ergo 8.q.1 in.c.si paulus 32.q.5.in.l.2.C.in qui. caus. in inte.resti.non est ne.&Euer.in cent.in loco a maio.in prin.quia facilius fit cōfirmatio quā noua inductio no.in.l.patre furioso supra de his qui sunt sui uel alie. iur. in c.si uir.27.dist.per glo.in.c.consuluit extra de offi.deleg.

32 Ceterum† huic quoque fundamento respōderi potest primo quod ibi agitur de similitudine nominis, in casu uero nostro de identitate, & nullum simile est idem.l. quod nerua.supra depo.&.c.capitulum sanctę Crucis extra de rescrip. licet identitas nominis substantię identitatem redarguat.l.si idem.C.de Codi.eosdemq; effectus pariat.l.a nullo.C.de ferijs,& sic maior ratio est ubi de identitate quam ubi de similitudine nominis agitur ideoque de prima ad secundam argumentari non licet arg. no.in.l 2.C.in quibus cau.in inte. resti.nō est necess. in .c.si ergo 8.q.1.in.c. si paulus 32.q.5.&in.c.cum in cunctis de elect.

33 Secundo † respondcri potest illum tex. procedere quoad plenā probationem faciendā, quia agitur ibi de confirmanda origine cuius quis se esse dicit ex nominis similitudine qua pręsumpta probatio elijcitur, ex sentētia Io.an.in.c. grauis de depo. & glo.in d.§.si in danda cum alijs de quib. supra in prin.huius q.nu.2.nos autem quo ad indicādum & dumtaxat recognoscendū ut capi possit secundum glo. ibi quod minus est quam semiplena probatio Bar.in.l. 2.de excus.tu.Bal.in.l.cum probatio supra de proba.Brun.de indi.&tor.par.1.q.1.nu 2 Blanc.de indicijs nu.326.

34 Probatur † tertio in.l. vni. C. de muta. no.ubi nomina propria imponuntur & mutantur ad placitum, ideoque argumentari ab eis ad aliquem iuris effectum licere nō debet, iuxta illud mille hominum species & rerum discolor vnus uelle suum cuique, est nec uoto uiuitur vno.glo.in.l. barbarius supra de offi.prętn.Mars.not.369.mille Nec dicatur cum Bal.col.2.illud non procedere quando nomen est demonstratiue positum arg.l.si idem .C.de codi, Quia potest replicari quod nomina propria cū uerbis dispositiuis prolata semper ponuntur demonstratiue ad discernendum unum ab alio ut.in.l.ad recognoscendos.C.de ingenuis par Bar.in.l.fin.§.titia de libe. lega. & in.l.centurio nu.31.de vulg.

35 Huic motiuo † respondcri potest primo quod procedit quando ab initio nominis impositio uel immutatio fieret, nā ex post facto nomen semel impositum sine legitima causa impune mutari nō potest ut in.l. falsi infra ad leg.corn.de fals.& in d.l. vni. §.fin.C.de muta.no.per vitali.tract. malefi.rub.de pęna mutā. sibi nomē n.1.& seq.

36 Secundo† respondcri potest illum tex. loqui in nominibus proprijs, secus in nominibus appellatiuis quę immutabilia sūt l.4.ubi etiam Ias.& doc.de leg.1.Ias.in.l.si is qui p emptore nu.175.de usucapio. vnde si nomen perusini relatum ad ciues perusinos & sic appellatiue prolatum est immutabile, ergo de appellatiuo proprium fieri, & sic immutari non potest quod si de facto fiat ab homine nihil debet operari ex quo homo fingere non potest.l.si forte ubi Bar. de Castren.pecu.Bar.in.l.si is qui pro emptore nu.24.j.de usuca.Ias.in.l.si quis in fundi uocabulo.nu. 48. de leg. 1. Ç rot.lib.2. cons.273.nu.15.Crauc. cons. 134. nu. 33. Ceph.lib.2.cons.173.nu.24.de nominibus autē proprijs licet non uideatur esse curandum quia ad placitum ponuntur & mutantur, Tamen fallit quo ad recognitionem psonę q̄ eo nomine nuncupatur ut in d. l. ad recognoscendos.& per Bal.in.l.conuenticula.C.de epi.& cler.nu.7.Euer.in cent. in loco ab ethimolo.uers.uolo te scire.

37 Probatur quarto † ex eo quia non ualet argumentum ab ethimologia nominis proprij pręsertim affirmatiue glos. in l. fin. §. pen. infra ad muni. Bar. hic nu. 5. quem Alex. & alij communiter sequuntur, prout de communi sententia testatur etiam Io. Bolog. in .l. 2. §. appellata, nu. 16. supra si cer. pet. in qua omnes doc. iuris cano. & ciuilis conuenire testatur.

Euer.

Euer. ubi ſupra proxime. & ideo neceſſario non ſequitur quod qui proprio nomine dicitur peruſinus, propterea ſit de peruſia ſecũdũ Bal. hic col. 2. & Bar. nu. 5. & cõſequenter quod pro repreſalijs teneatur iuxͣ not. p Imol. Ang. & doc. in .l. 1. in prin. de acq. poſſ. & Alber. in diction. uer. æthimologia.

38 Cęterum † reſponderi poteſt primo argum. procedere quo ad effectum ethimologiandi, hoc eſt habendi ueritatem uocabuli ueramque ipſius originem ac ſignificationem iuxta not. p Alcia. in .l. tabernæ de uer. ſig. Rip. in .l. quominus nu. 128. de flumi. ſecus uero quo ad recognoſcendum & indicandum ad finem ut capi poſsit. Bal. in d. l. conuenticula. & ſupra nu. 33. dixi.

39 Secundo † reſponderi poteſt illud nõ eſſe proprie argũ. ab ęthi. vocabuli quãdo dicitur peruſinus ergo de peruſia, ſed potius eſſe ab alluſione, aut a deriuatione, vt poſſeſsio a pedũ poſitione, tutor a tuendo, imperator ab Imperando, auguſtus ab augendo, tectum a tegendo & ſic de ſimilibus iuxta not. in d. l. 1. in princ. de acq. poſſ. in §. tutores Inſti. de tutel. & de teſta. ord. in prin. & decla. Alci. ponens diſcrimen inter ęthimologiam, alluſionem, & deriuationẽ in d. l. tabernę & Rip. in d. l. 1. nu. 18. & d. l. quominus. nu. 128. quamobrem non valet ab his arg. nec conſequentia dicitur peruſinus ergo eſt de peruſia, tuetur ergo tutor cũ poſſit eſſe curator, vel pater vel aliquis alius ſimilis vnde dicitur quod qui alludit in verbis friget in ſenſu per Alcia. in d. l. tabernę in fin.

40 Pro reſolutione huius articuli † teneo hanc ſecundam & negatiuam ac communem ſententiam quam etiam tenuit Bar. in l. fin. §. fin. infra ad muni. & ſequutus eſt viſta. hic nu. 40.

Primo quia ſolum nudum nomen non arguit effectum rei. l. 2. §. ſed ſi ſint infra ad tertull. l. fin. ad fin. infra ad muni. l. 2. §. & neminem. C. de conſti. pecu. ideoq; vulgo nominatus peruſinus non ſequitur neceſſario ꝙ ſit de peruſia quia poteſt vulgus decipi aut male ſentire iuxta illud mobile mutati ſæpe cũ principe vulgus. & Illud, Heu vulgi inſanas mentes ſenſuq; rebelles. Neuiz. lib. 3. Sylu. nup. nu. 177. Tiraq. de pęn. legum, cauſa. 51. nu. 27. & ſupra nu. 30. dictum eſt.

41 Secundo † quia ſi aliter diceretur utique ſequeretur ꝙ lex alterum & quidem inſontem alterius odio pręgrauaret quod iniquiſsimũ eſſet & cõtra tex. in .l. ſi qs in ſuo ad fin. C. de inoffi. te. in .l. ſancimus. C. de pœnis in. l. non debet alteri .j. de reg. iur. in l. ſupra iter. §. apud ferocem de aqua plu. ar. in c. nemo debet de reg. iur. in 6. p glo. in. c. quæſiuit extra de his quę fiunt a maiõ. par. capi. & odium irrationabile contineret. ut in tract. in cer. auth. de crim. lę. ma. q. 5. nu. 2. poſt Cyn. in .l lege cornelia infra de vulg. & Bal. & Ang. ubi per eum.

42 Tertio † quia in dubio debet fieri interpretatio ne ille peruſinus nominatus cadat in delictum & per conſequens in pœnam repreſaliarũ. l. merito ſupra pro Soc. l. arrianus de act. & ob. l. abſentem de pœnis. l. ſemper in obſcuris & .l. factum. §. in pœnalibus de reg. iur. per Mars. conſ. 27. nu. 13. & conſ. 79. nu. 11. ex quo delinquẽs ad pœnam delicti tacite ſeſe obligare cenſetur glo. in .l. 1. §. beſtias ſupra de poſtulã. Bar. in §. quia vero. auct. de non alienan. & ſic interpretari debet quod uere non ſit peruſinus nec repreſalijs predictis ſubiectus ar. no. in .l. ſi. C. de interd. matrimonio in. l. ſi preſes & in .l. pen. de pœnis.

43 Quarto † quia materia ſeu conceſsio repreſaliarum eſt exorbitans a iure communi ut in. l. fin. C. ad leg. iul. de ui priua. in. l vni. C. ne quis in ſua cauſa. in .l. ſiquis in ſuo. C. de inoffi. teſta. in. l. ſancimus. C. de pœnis & niſi in ſubſidium non conceditur. Bal. in. c. dilectis nu. 23. extra de app. atq; in exorbitantibus debet ſtricta fieri interpretatio Bal. in .c. 1. in fin. de alien. feu. in vſi. feu. in. l. gallus. §. quid ſi is. de lib. & po. & in .l. ſiquis id quod ſupra de iuriſd. om. iud. Soc. lib. 1. conſ. 108. col. 4. Mars. conſ. 75. nu 4. Rolan. lib. 1. conſ. 72. nu. 15. ergo non debet extendi ad eum qui ſolum dicitur proprio nomine peruſinus, niſi aliter conſtet legitime ipſum peruſinum eſſe ad not. in. l. cum quidam de lib. & po. in .l. nõ dubiũ. C. de legi. in. l. ſi conſtante .j. eo. & in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. ecc.

44 Quinto & ultimo † quia interpretatio in dubio fieri debet in partem benigniorem & mitiorem. l. ſemper in dubijs de reg. iur. l. benignius ſupra de legi. l. ſi fuerit in fin. de leg. 3. & l. cum in teſtamento de rebus dub. l. pro herede. §. ſiquid tamen in fin. de acq. hę. & .l. arrianus de act. & ob. & in. l. proxime ver. ſed in re dubia infra de his quæ teſta. delen. & reg. in pœnis lib. 6. ſed benignior ac mitior interpretatio eſt illa qua qs abſoluitur ab aliquo onere uel delicto quam illa qua condemnatur. l. merito ſupra pro Soc. glo. in. l. factum. §. in pœnalib. de reg. iur. no. in. c. bonę de elect. & in. c. vlti. de preſump. & in. c. 1. de ſcrutin. ergo &c.

45 Declaro † modo hanc concluſionem ut ſupra firmatam primo procedere capiendo peruſinum pro nomine proprio alicuiuſq; a tunc ex eo ſolo non poteſt pro repreſalijs cõtra peruſinos cõceſsis aſtringi & ex not. in. l. neq; profeſsio. C. de teſtam. & ex cauſis

de quibus ſupra, ſecus ſi pro nomine appellatiuo uel adiectiuo capiatur quia tunc ex eo bene argui poſſet illum ſic nominatum de perusia eſſe, ex quo inter peruſinum & hominem de peruſia modica aut nulla eſt differentia ut in d.c.1.extra de ſponſa. per Bar.in d.l.1.nu.19.infra ad muni.in.l.1.C. de munici,lib.x.Alex.lib.5.conſ.41.nu.12 & pro communi Frau.Rip.hic nu.xi.

46 Declaro † ſecundo abſque dubio procedere in caſu iſto quo repreſaliç contra ciues peruſinos ſunt cōceſſç ideo ut exerceri poſsint contra aliquē requiritur q́ ille oriundus ſit ex ciuitate peruſię Bal.in.l.ciues. C.de app.Syluan.lib.1.conſ.1.nu.98.& nō ex eius uico ar.tex.in.§.ſiquis igitur uers. ſi uero nec ciuis.auct.qui.mo.nat. effi. ſui & in c.ſi ciuitas de ſent.excom.lib.6.in.l.2.infra de rebus dubijs & in .l. ciues.C.de incolis.lib.x.per Alex.& Aret.hic, immo requiritur quod etiam peruſię munera ſubeat ut ciuis proprie ſit ſecundum Bal.in.l. qđ fauore.C.de legi. & Soc.hic nu. 29.

47 Declaro † tertio procedere in tantum ſic nec contra res & bona illius repreſaliç exerceri poſsint cōtra cuius perſonam (quia ſolum peruſinus nominatur) diximus exerceri non poſſe ar.l. publicanus.§.de rebus infra de publica.per Bar.in d.tract.repres .l. q.octauæ.q.prin.ad fin.res enim & bona ſe qui debent naturam domini tanquam acceſſoria ſuum principale arg.§.fin.Inſti. de iu.nat.l. quidā referūt infra de iu. cod.l.cū principalis de reg. iur. & reg. acceſſorium lib.vi.unde dici ſolet, Et mihi res non me rebus ſummittere conor.glo.in.l.ſancimus C.de ſacros. eccl.

48 Limito † etiam ſupra firmatā concluſionem non procedere primo quando is qui proprio nomine peruſinus nuncupatur ſubit munera per ſe uel alium in loco contra cuius homines reſpreſaliç ſunt conceſſç. Bar.in.l.1.infra ad muni.& pro communi ſententia Soc.iun hic nu.28.par. 2.nam nō ſolum origo uerum etiam allectio manumiſsio & adoptio faciunt ciuem.ut in .l.ciues.C.de incolis.lib.x & etiam incola pro ſe uel aliū munera ſubiens pro repreſalijs capi poteſt ſecundum Bar. in d. tracta. repreſaliarum par.5.nu.5. & par. 7. nu. 1. & Anguſſ. d.conſ.crim.8.nu.4.& ſeq.

49 Limito † ſecundo non procedere quando cum proprio nomine prędicto etiam origo concurreret.arg.l.uxorem infra manu.teſta.& per Ias.hic nu.16.lect.1.duo .n. inditia ſeu uincula prępondera uni. auth. Itaque. C. communia de ſucceſſ.l. re coniuncti de leg. 3.& .§.ſed hodie. de adop. & repreſaliæ prędictæ in dubio contra ciues peruſinos originarios conceſſæ cenſentur ſecundum Bal.in.l.ciues.C.de app. & Syluan.in d.conſ.1 nu.99.lib.1.

50 Limito † tertio & ultimo non procedere quantum ad hoc ut faciat inditium ad capturam eius qui proprio nomine peruſinus uocatur, ut inde captus diſcuti, & recognoſci poſsit ar.d.l.ad recognoſcendos iuncta l. 1. infra de quæſtio.& per glos.in.l fin .§. pen.infra ad muni.& ſupra nu.33.diximus, nam ex nomine aliquid ſuſpitionis oritur ſecundum Tull.de inuentio.& nomen cogitationis alicuius cauſam affert ſecundum Quintil.5.de argum.hinc ex bono nomine bona preſumptio, ex malo mala naſcitur ſecundum Io.an.& doc in.d.c. grauis extra de depoſi. & in.c.cum ſecundum de præben.Abb. & Fely.in proe. decreta. glos. & doc.in .l. facta .§. ſi in danda infra ad Trebell.& Ias.hic lect.1.nu.16.

SVMMA RERVM CAPITA

1 *Repreſaliç conceſſç contra peruſinos exerceri non poſſunt contra peruſinum alibi habitantem*
De ueritate nu.37.& ſeqq.
2 *Intell l.1 ifra de magi.cōueni,in prin.& nu.ſeqq.*
3 *Iuriſdictio contentioſa redditur in inuitum.*
4 *Factum alienum promitti non poteſt.*
5 *Repreſaliarum materia eſt odioſa, exorbitans, & reſtringenda.*
In diuerſis non fit illatio.
6 *Intell.l.fin.j.de decre. ab ordi.fact. & nu. ſeqq.*
Abſenti plus quam minori ſuccurrendum eſt.
7 *Publice poſitum ignorare non licet*
Publicum dicitur quod in notorium uel famam publicam deducitur
8 *Supinę ignorantię allegatio non prodeſt*
9 *Delictum in committendo maius eſt quam in omittendo*
10 *Repreſaliç conceduntur propter delictum ius dicentis uel ſuperioris iuſtitiam non miniſtrantis uel negligentis*
Qui non deliquit puniri non debet
11 *Alibi habitans dicitur tanquam unus de populo delinquere ideo contra eum repreſaliç poſſunt exerceri.*
12 *Intell.l.ſancimus C de pæn.*
13 *In materia repreſaliarū unus pro alio tenetur*
14 *Repreſaliæ non poſſunt contra pupillos furioſos & alios qui citari non poſſunt exerceri*
Abſens citari non poteſt
De ueritate nu 16.
15 *Citatio in actibus uoluntarijs non eſt neceſſaria*
In conceſſione priuilegij & gratię nō eſt citatio partis neceſſaria
16 *Nuncius extra iuriſdictionem committentis citationem officium ſuum explere non poteſt*
17 *Arg.a furioſis & pupillis ad abſentes in materia repreſaliarum non ualet*
18 *Repreſaliç conceſſç contra peruſinos cenſentur*

conceſſç

concesse contra populum perusinum.
Populi appella. habitatores tantum continentur & veritate nu. seqq.
29 *Populi appellatio tanquam vniuersalis omnes laicus continet.*
Locus & tempus non est modus tollende aut inducende obligationis & nu. 45.
30 *Inter originarios & incolas parua aut nulla est differentia*
Accidentalis habitatio naturalem originis causam tollere non potest
32 *Intell. l. 1. in prin. infra ad muni. & nu. seqq.*
33 *Maiore parte anni aliquo loci habitans uel ibi maiorē partem fortunarum suarum ponens dicitur ibi domicilium constituisse*
34 *Arg. ab eth. negatiuis affirmatiue non valet*
35 *Nonsine dictum est improprie dictum*
36 *Intell. l. adoptionem. 1. C. de adop. & nu. seqq.*
38 *Adoptio est materia fauorabilis a mutuo partium consensu dependens*
39 *Per adoptionem dignitas & domicilium augetur & non minuitur*
30 *Decl. l. nullus cum glo. & ibi not. C. de Iude. & nu. seqq.*
31 *Iudei recusantes ire ad iudicem sunt in culpa.*
Contra contumaces omnia iura clamant.
32 *Iura pro iudeis constituta ad christi anos trahi non debent*
33 *Iudei romano iure uti debent*
Committens in legem non est dignus auxilio legis
34 *Intell. c. dominus noster 23. q. 2. & nu. seqq.*
35 *Indefinita est que ponitur per terminum communem sine aliquo signo*
36 *Priuatorum non est uindicare delicta aliorum*
38 *Intell. l. cum scimus. C. de agrico. lib xi.*
39 *Intell. l. assumptio in prin. infra ad muni.*
40 *Intell. l. sed & reprobari. § amplius de excu tu.*
41 *Alibi habitans non potest tacite nec expresse iuri origini renunciare & nu 45.*
42 *Filius adoptiuus habitans patriam forensem patris adoptantis non perdit originalem*
43 *Pro represalijs contra alibi habitantem procedi potest ad capturam bonorum & persone etiā diebus feriatis in utilitatem hominum*
44 *Alibi habitans potest pro represalijs coerceri si in loco originis munera per se uel alium subit alias secus.*
45 *Passus damnū pro represalijs potest ab eo qui fuit in causa repetere*
47 *Mulier pro represalijs capi non potest nec pro debito ei personaliter capi, nec carcerari*
Nisi meretrix sit.
48 *Clericus in habitu & tonsura incedens pro represalijs capi non potest*
49 *Scolastici eorum famuli & parentes, ac bidelli pro represalijs capi non possunt*
50 *Ambasiatores, legati, aut nuncij capi non possunt*
Ambasiatores & legati habēt ius reuocādi domū
51 *euntes ad nundinas uel indulgentias pro represalijs capi non possunt*
52 *Nauigantes ui uentorum eiecti non possunt pro represalijs capi.*
Afflictio afflicto addi non debet
53 *Constituens alibi domicilium non potest pro represalijs contra homines sua originis concessis capi.*
54 *Alibi habitans nō potest pro represalijs capi ubi contra causantem agi potest*
55 *Habitans in loco libero nō potest pro represalijs capi.*
56 *Qui in ius uocari non possunt. pro represalijs capi non possunt*
57 *Perusinus ciuis loci cōcedentis represalias nō potest pro represalijs capi*
Ciuitas suos ciues defendere tenetur
57 *Represalię contra populum perus. concesse solum contra habitatores exerceri poterunt remissiue*
59 *Represalię nō possunt exerceri contra bannitum a ciuitate contra quam represalia conceduntur.*
60 *Nec cōtra eum qui alibi causa dicendi testimonij inuitus accessit.*

QVÆSTIO DECIMA

1 SVCCESSIVE † Quero An repsalię cōcessę contra perusinos exerceri possit contra perusinum alibi habitantem? In quo quidē articulo negatiuam sententiam uidetur tenuisse Bar. in. l. prouinciales, licet postea dubitare videatur infra de ver. sig. Bal. in. l. si eadem supra de offi. assesso. ubi inquit ita fuisse determinatum Padue secundum cyn. & in c. 1. nu. 3. tit. de forma fideli. in vsi. feu. & in auth. sed omnino nu. xi. C. ne vxor pro marito ubi dicit hāc opi. equiorem esse Io. an. in. c. non debet aliquis col. pen. de reg. iur. in vi. & hic Franc. Rip. nu. 13. Soc. 27. & seq. Ruin. 40. & Visita. 48.

2 Probatur primo † horum sententia per tex in. l. 1. in prin. infra de magi. conue. ubi ordo decurionum vel eorum fideiussores ac nominatores non tenentur subsidiaria actione nisi ordo decurionum in se periculum susceperit, quia tunc ista actione presētes dumtaxat tenebuntur, ita dicēdum est pro represalijs presentes tantum teneri nō autem absentes & maxime alibi habitantes qui desijsse animū reuertendi habere censentur arg. tex. in. l. natura lem. §. in ijs infra de acq. re. do. & in. §. pauonū Inst. de re. di.

3 Huic motiuo † respondeo disputādo potest primo illum tex. loqui de ordine decurionum qui inse periculum bonorum pupilli suscepit, quia paria sunt nominare tutorem, vel fideiubere, vel inse periculū recipere, ideoq; recipiētes & qui presentes

fuerunt

fuerunt & ad id sese obligarunt dumtaxat subsidiaria actione tenentur, non absentes quibus non potuit per alios iniqua conditio inferri.l. non debet alteri de reg. iur.l. trāsactione.C.de trāsf.l.seruus &.l.filius su pra de pact.& sic ibi sumus in his quę volūtariæ iurisdictionis sunt, respectu scilicet obligationis ordinis quę erat in eorū mæ ra volūtate posita.l.sicut.C.de ac.& ob. hic verò in his quę contentiosę iurisdictionis quę redditur in inuitum l. inter stipulantē §.1.de ver.ob.

4 Secundo † responderi potest ibi non dici nec probari decuriones obligasse vasallos aut subditos seu ciues pręsentes tantum, ad eo vt aliquo modo huic quæstioni applicari possit, sed bene dici & determinari quod hi qui ordinis sunt & in se periculum tutelę suscipiunt & pręsentes sunt, obligantur, licet ipsi tantum pręsentes non autem absentes qui eiusdem ordinis sunt obligentur, ex quo factum alienum promittere non potuerunt iux.no. in d.l. stipulatio ista in prin. de ver.ob.& in.§.si quis alium.Insti.de Inuti.stipula.

5 Tertio † etiam responderi potest illum tex. loqui in materia Indifferenti cui ius commune assistit, hic autem nos esse in materia odiosa & exorbitanti cui ius commune resistit & ꝓpterea restringenda ut in auct.vt nō fiant pignora.& in.c.1.de iniur. li.6.& p Bal.in d.c.1.de forma fideli.nu.3. Alber.2.par.statuorū.q.2.Nicō.hic nu.78. ideoq; de vno casu ad aliū non esse faciendam illationem arg.no.in.l.3.§.fin. cum .l. seq.infra de bon.poss.in.l.in rem.§. itē quę cunq;supra de rei vē. in.l.si acceptolatū de acceptila.p Bar. in.l.cēturio in prima opp. devulg.iunctis not.in.l.papin.exuli. de mi no.in.l.fi.de calum.cum simi.

6 Probatur secundo† in.l.fi.infra de decre. ab or. fa.ubi decretum prohibens experiri extra collegiū sub pœna mille drachmarū, nō trahitur ad absentes & ignorantes;ita in casu isto decretum concedens represalias cōtra perusinos ad absentes & ignorātes trahi non debet,cū pręsertim absenti plus quā minori succurrendum esse dixerit Bar.in.l.fi qua militi.supra quibus ex caus.maio.

7 Sed huic motiuo † responderi potest primo negando ignorantiam nec eam esse ad mittendam ex parte eius qui habitat in loco represalias concedente, nam quod publice positum est ignorare non licet secundum glo.ibi & in.l.si tutor.C.de pericu.tuto.& in c.1.extra de postu.pręla.Bal.in.l.nostrā col. fin.C.de restam.Ias.in.l.huiusmodi.§. si ita nū.17.de leg.1.& publicum dicitur quod in notorium seu infamam publicam loci deducitur. ut est tex. in .c. tua. extra de cohabi. cler. & mu. in.c.cum dilectus de purga. ca no.Abb.lib.1.cons.99.nu.2. vnde leges cōmunes ius publicum esse dicuntur in.l.fi.infra de colleg.illici.& quod no.in.l.1.§.1.supra de iusti.& iu. & in insti. de re. diuis. in prin.

8 Secundo † respōderi potest quod allegatio ignorātię facti quod ab alijs cōmuniter scitur tanquam supina & crassa non excusat.l.nec supina.supra de iur. & fact. igno. Crot.in.l.ōnes populi nu.122.supra de iusti.& iu.Abb.lib.1.cons.106.ideoq;dato q alibi habitans concessionem represaliarū ignoret, sibi seu facilitati suę debet imputare ar.l.cum mandato insi.supra de mino. &.§.preterea.Inst.qui.mo.re contrahi.ob.& §.fin.de socie.

9 Tertio † etiam responderi potest ibi factum absentis esse in committendo qui ex pertus fuit extra collegium contra decretū pœnale hic verò in omittendo quia absens omisit uel aufugere a loco indicente represalias, vel damnum propter quod represaliæ sunt cōcessę resarcire, maius autē est delictum in committendo quam in ommittē do glo.in.l.si mora.ȷ.eo.& ꝓ vulgari dicto Ant.de petru.in.l.1.nu.344 de iureiur. ideo nl mirum fide illo ad istud non licet argue re.ad not.in.c.cū in cūctis de elect. &in .l.2.in quib'cau.in inre.test.nō est necess.

10 Probatur † tertio ex eo quia represalię conceduntur propter delictum iudicis vel superioris iustitiam non ministrātis vel negligentis Bar.in d.l.prouinciales Bal.in.c. 1.de mili.uas.qui cōru.est in vsi.feu.Cano. in.c.t.extra de Inint.Roma.cons.48. nu.1. & cons.49.nu.3.Rolan.lib.1.cons. 72. nu. 16.& pro commūni sententia Alex. de neuo cons.34.nu.13. sed qui alibi habitat in eo non deliquit, ideo ex eo puniri non debet.l.sancimus.C.de pœn.l. quia supra de iureiu. authores.n.ꝓptios suacriminia iure tenebunt plusquam peccatur non vltra pæna trahatur glo.in.c. quęliuit. extra de his quæ fi.a maio.pat.capi. & per hanc rationē tenuit hanc opin.Io. an. in d.c. non debet aliquis col. pen. lib. 6.

11 Huic motiuo † responderi potest primo quod etiam alibi habitans in his terminis tanquam vnus de populo dicitur deliquisse, & sic pro delicto ius dicentis concessis ręprefalijs teneri glo.in.c.nō debet de reg. iur.in vi.Bar.in tract.repreſa.4. q. sextæ.q. prin. nu. 6. vbi ad hoc allegat tex. in.c.domi nus noster.23.q.2.vbi dicitur gens vel ciuitas plectenda, & sic tota cum in dispositione legis indefinita ęquipolleat uniuersali Bar.in.l.si pluribus de leg.2.in.l.qui edificium de serui.vr.præd. in.l.1. de reg.iur. Tita.de retra.cōs.§.1.glo.13.in prin. Abb. & doc.

& doc. in. c. auditis de pręscr. & ad idē alleg.
tex. in. c. si sentētia de sent. excō. lib. 6. vbi li
cet sentētia excōmunicationis non possit in
vniuersitatem ferri, tamen fertur sententia
interdicti quę omnes de populo etiam in-
nocentes ligat, & si id est in spiritualibus
quanto magis idem ꝓcedere debet in tem
poralibus vt per eum.

12 Secundo † responderi potest dispositio-
nem .d. l. sancimus & similium procedere
tunc demum cum de pœna mortis vel alia
corporis afflictiua agitur quia eo casu pœ
na suos tenere debet authores vt tenuere
Card. decurre erem. in c. vndecunq; 56. di.
& Dida. lib. 2. varia. reso, cap. 8. vers. tertia
humana. nu. 1. & egregie pluribus compro
bans tradit Mæno. lib. 1. cons. 99. nu. 216.
hic vero agitur de pœna pecuniaria. meri-
to &c.

13 Tertio † etiam responderi potest specia
le esse in materia concessionis represaliarū
vt ex delicto vnius alij etiam insontes te-
neantur quibus nulla culpa potest imputa
ri iux. dicta Bar. in .l. is potest infra de
acq. hę. & Paris. hic nu. 140. propter graue
delictum denegatę iustitiæ iux. illud, ius &
iura negans homines & numina fallit, nec
iouis imperiū nec phlegetunta timet. Mars.
cons. 52. requisitus. nu. 15.

14 Probatur quarto † alia ratione, namque
represalię contra perusinos concessę non
possunt exerceri contra pupillos furiosos
& similes qui citari nō possunt Bar. in tract.
represa. x1. q. septimę. q. prin. sed habitans
extra perusiam cuiusq; territorium vel locū
represalias concedentium citari nō potest
ad not. in. l. fin. supra iurisd. om. iud. & in .l.
fin. de offi. pręfe. vrb. merito &c.

15 Huic † etiam rationi responderi potest
primo quod in actibus dependētibus a me-
ra voluntate prout est concessio represalia
rum quę a mera principia voluntate profi-
ciscitur non requiritur alia partis citatio
Alex. lib. 3. cons. 6. nu. 12. Soc. iun. li. 1. cōs.
77. nu. 109. ūde in Impetratione priuilegij
vel gratię quę a mera concedentis volunta
te proficiscuntur citatio partis non est ne-
cessaria Bal. in. l. fin. C. de fruct. & lit. expē.
col. fin. Ant. de bu. & Imo. in. c. cum dilecta
de confir. vti. vel inuti. Abb. & Imo. in. c. cū
olim de re iud. cum concor. congestis per
Ant. Gabr. lib. 2, recepta. sent. tit. de cita. cō
clus. 1. limi. 66. nu. 436. cum itaq; repre
saliæ sint ejusmodi Bar. tract. represa. pri-
ma. q. tertię. q. prin. merito quod absentes
citari vel noncitari possint nō est curandū.

16 Secūdo † respōderi potest negādo quod
absens citari nō possit & contrarium tenet
Bar. in auth. qui semel. nu. 15. C. quomodo
& quando iud. & in. §. omnem auct. de liti-
gio. & est tex. in. l. & post edictū in prin. ibi
tunc absens citari debet supra de iudi. & li-
cet nuncius extra iurisdictionem commit-
tentis citationem officium suum explere
non possit quia ei impune non paretur vt in
l. adiuo pio. §. 1. de re iud. in. c. romana. §. cō
trahentes de so. compe. lib. 6. tamē non ꝓp
terea dicitur absens esse talis qui citari nō
possit, cum id principaliter non facto & cul
pa absentis sed aliunde proueniat iux. no.
in l. fin. supra de iurisd. om. iud. cum simi.

17 Tertio etiā † responderi potest non esse
bonū simile pupillorum furiosorum & alio
rum similium ad absentes in materia repre
saliarum cum illi ex impedimento seu cau
sa necessaria quę etiam in inuitos trahitur
citari non possint, absentes vero ex impedi
mento seu causa voluntaria, dato sine præ
iudicio quod citari non possint, non citen-
tur l. sed & si per pretorem. §. fin. supra qui-
bus ex caus. maio.

18 Probatur † quinto & vltimo ex eo quia
represalię concessę contra perusinos cen-
sentur concessę contra populum perusinū
qui deliquisse videtur ob denegatam iusti-
tiam vt no. in. l. nullus. C. de Iudę. in. l. ne-
quid infra de Incē. rui. naufra. p Bar. ī tract.
repres. 2. q. primę. q. prin. cano. in. c. 1. de in
iur. lib. 6. Bal. in. d. c. 1. de forma fidel. nu. 3.
& visita. hic nu. 49. sed appellatione populi
continentur habitātes dumtaxat. c. quoniā
vbi Abb. extra de of. ord. & facit tex. in. §. 1.
ibi magna vero hęc nostra ciuitas populo-
sa est turbis diuersorum hominum & maxi
me agricolarum suas culturas & ciuitates
relinquentium auct. de quęsto. ergo repre-
salię huiusmodi alibi habitantes non coer
cent nec contra eos exerceri possunt.

19 Huic motiuo † responderi potest primo
quod immo appellatio populi tanquam
vniuersalis omnes homines laycos conti-
net absq; distinctione loci habitantium ex
proprietate verborum. vt in. c. duo sunt ge
nera 12. q. 1. & in. §. plebiscitum Insti. de iu
re nat. Alex. in. l. in prouinciali. §. si in publi
co col. fin. infra de no. ope. nuo. & ideo da-
to quod represalię contra populum perusi
sinum sint concessę intelligentur contra
omnes concessę non habita ratione lo-
ci habitatorum, cum sicut tempus non est
modus tollendę aut inducendę obligatio-
nis .l. obligationum fere. §. placet infra de
ac. & ob. l. magnā. C. de contrahē. sti. ita nec
locus per argum. a tempore ad locū ad not.
in. l. unum supra si cer. pet. in. l. fin. de triti
ca. per Euer. in cent. in loco a tempore ad lo
cum in prin.

20 Secūdo † responderi potest quod si popu
li appellatione continentur habitantes, nō
tamen taxatiue loquendo, ita pari ratione
contine-

continebuntur originarij,cũ inter eos par
ua aut nulla sit differentia vt in.l. si in pa-
tria& in.l.seq.C.de incolis lib.x.per sylua.
lib.1.cons.1.nu.110 &148.post Anea.vbi
per eum,neq; enim accidentalis habitatio
extra locum originis debet naturalem ori-
ginis causam tollere posse .l. assumptio in
prin.infra ad muni.& facit reg.l.qui habet
de tutel.l. statius. §. cornelio. de iu. fi.l.li-
bertus.§.pręsumptio admuni.c. susceptum
de rescrip.in.6.per Paris.hic nu.141.Et ita
consulẽdo tenuit Alex.lib.5.cõs.41. col.fi.

21 Contrariam † & affirmatiuam sententiã
tenuerunt hic Imol.nu.4.Alex.x. Crot. 33.
Pont.39,qui dicit in uia disputatiua hanc
opin.Alex.veriorem esse quam ãte omnes
tenuit Bar.in tract.represa.2.q.septimę.q.
prin.& sequitur hic Soc.iun.par.2.nu.29.

22 Probatur † primo per tex.in.l.1.in prin.
infra ad muni.ubi municipes hodie dicun-
tur omnes cuiusq; ciuitatis ciues quasi mu
neris participes & ideo vbicunque ciues ha
bitent,municipes idest muneris participes
sunt & vt tales etiam plecti & cõsequenter
pro represalijs capi possunt,quia secundum
naturam est eum sequi commoda quem se
quuntur incommoda & e contra.l.secundũ
naturam de reg.iur.& reg qui sentit.lib. 6.

23 Sed huic motiuo † responderi potest pri
mo illum tex.non procedere in eo qui ali-
bi habitando domicilium commutauit vt
in.l.domicilium & in.l.fin.illo eo.tit. pro-
ut est is qui maiore parte anni alibi morã
traxit.ar.l.cũ delanionis .§. sabinus. & ibi
Bar.infra de fun.instru. quem tex. pro sing.
allegat Roma.sing.676. communiter sunt
statuta.vel maiorem partem fortunarũ sua-
rum posuit vt in.l.ciues.C.de incolis lib.x.
p Roma.cõs.264.vt is nursinus nu.2.& seq.
vel etiã alibi domicilium habet vt in.l. 1.
§.habitare supra de his qui deiece.vel effu.

24 Secundo † responderi potest inductionẽ
supra factam non subsistere ex eo quia est
fundata super argumento ab ęthimologia
vocabuli affirmatiue deprompto,dum dici
tur municipes idest muneris participes di-
ci cuiusq; ciuitatis ciues &c. quod non est
de iure validu vt habetur in .l.2.§. appella
ta supra si cer.pet. in.l.1. in prin.ĵ. de acq.
poss.in Insti.de testa.in prin.& late p Euer.
in cent.in loco ab ęthimo.

25 Tertio † etiam responderi potest tex.ibi
in eo quod supra induximus, loqui abusiue
& improprie.vt patet ibi sed nunc abusiue
municipes dicimus &c.ad no.l.bona ciuita
tis de ver. sig.& per Soc.iun.& doc.in rub.
infra de no.ope.nun.nu.88.ideoq; ad mate
riam represaliarum odiosam & pœnalem
ac stricte & proprie intelligendam trahi nõ
debere Bal.in d.c.1.de forma fide.in vsi.feu.

26 Probatur † secundo in.l.adoptionem in
prima.C.de adoptio. vbi si mutinensis de-
derit se in adoptionem bononiensi additur
patria bononiensis mutinensi & non tolli-
tur mutinensi patria naturalis, & sic per
habitationem factam bononię non perdit
iura ciuitatis mutinę quia inductum ad au
gumentum non debet diminutionem ope-
rari ut no.in.l.legata inutiliter de adi.leg.
in.l.quod fauore.C.de legibus.

27 Sed huic motiuo † responderi potest pri
mo intelligi illum tex. procedere quando
vterque scilicet adoptans & adoptatus sũt
eiusdem prouincię quia tunc nil refragatur
forum foro addi,secus quando sunt diuersę
prouincię secundum glos.ibi vt in casu no
stro,& sic inductio illius tex.non est gene-
ralis ad hanc quęstionem, & consequenter
eam non probat.

28 Secundo † responderi potest illum tex.lo
qui in materia fauorabili & mutuo partiũ
cõsensu depẽdente vt in.l.in adoptionibus.
in.l.neq; absens.& in .l. non potest & in.l.
emancipari supra de adop. quę etiam volũ
tarię non contentiosæ iurisdictionis est vt
represalię sunt.l. magistratũ &.l.seq. supra
eo.ti.& .§.fin.Insti.qui mo.ius pat.pot. sol.

29 Tertio etiam responderi potest † specia
le esse in causa adoptionis per quam digni
tas augetur & non minuitur.l. per adoptio
nem supra de adop.& domicilium quoque
adijcitur & non minuitur vt in.l.ordine.§.
fin..ĵ. admuni.& in.l.libertus.§.in adopti-
tiua eo.tit.etiã si p sexaginta annos absens
a domicilio originis steterit.l.seię.§. pam-
philę.infra de fun. instru.per quam ita di-
xit Bar.in.l.quęsitum in prin.de leg.3.Soc.
lib.1.cons.35.col.4.Boer.q.13.nu.4.

30 Probatur † tertio in.l.nullus cum glo.fin.
& ibi not.in ca.C.de Iudę.vbi non licet iu-
dęos offendere nec eorum bona ꝓpria au-
thoritate inuadere, sed ad iudicium trahi de-
satia ad rem in esse deducendam non sunt necessario in diffinitione exprimenda, ut not. in.l.3.infra de usuca.in.l.1.de testa. & in.c.illud extra de præsump.& latius comprobaui in tract. de priui. paupet. q.7.nu. 6.& seqq. quia diffinitio ut sit probabilis & perfecta, ut res est in esse deducta poni debet & non prout est in fieri Bar. in d.l. 1. in prin.de acq.poss.& in.l.2.nu.4.C.quæsit lõ. consue.cum donec est in fieri non dum esse dicatur.c.ad conditorem.§.licet de uer.sig. in extrauag. Io.xxij.l.pen.C.de his qui .ut indign.per vaco.decla.168.lib. 4.merito si omittatur aut non verificetur, diffinitionẽ uitiare non debet arg. no. in.l. testamentũ C.de testam.& in.l.non solent.dereg. lur.

11 Secundo † oppo.Bat.contra diffinitionẽ Azon.alio modo; quia nemo dat quod nõ habet.l.si vniuersę.C.de lega.l.traditio. in fra de acq.te.do.l.nemo plus iuris de reg. iur.at mulier dãdo fundum alienum in do tem illum facit dotalem .l. dotale.§.1. supra de fun.dot.& tamen non dicitur date.i. eius dominium transferre arg.§. sic itaq; Insti.de actio.quia nemo ius quod non haber in alium transferre & alij dare potest et go ver.datur, perperam in dotis diffinitione ponitur, Et licet Bar.nu.17. excusando Azo.respondeat quod in hac diffini tione ver.dari, pro tradi positum fuit, vt in l.1.in ptin.supra depos.& in.l.nõ videntur dara de reg.iur.Potest tamẽ replicari quod in diffinitionibus verba debent proprie po ni Bar.in.l.õnes populi nu.59.de iusti.&iu. no. i.l.quis sit fugitiuus.§.etronẽ p illũ tex. supra de edil.edi.& in .l. 1. in prin.de acq. poss.ideoq;inconueniens fuit vnum verbũ vnum significans pro alio verbo aliud significante ponere arg.l.labeo,§.id tubero infra de supell.leg.&.§. alio quoq; modo, ver.sed quia.Insti.qui.mo.testa.infir.

12 Sed huic † quoq; oppo.potest dupliciter respondeti,primo quod in hac diffinitione Azo.ver.date in genere ponitur ad not. in.d.§.sic itaq;.& ita sumptum continet sub se etiam ver.tradere, vt eius speciem.vt hic declarat Bar.nu.14. nec dicetur propterea ver.dari,in diffinitione fuisse im pprie positum; cum significatio generis dicatur ꝓ ptia respectu generis sicut specifica respectu speciei & idem operetur genus quoad genus, quod species quoad speciem .l. si duo in fin.de adml.tut.l.omnes.C. de præscrip.30.ann.Bar.in.l.sed & si quis.§.quæsitum supra si quis cau.

13 Secundo † responderi potest tetot quędo illum tex.ind.l.dotale §.2. nam ibi dicitur quod dotale prędium esse intelligitur cum dominiũ marito quęsitũ est vt tũc demũ eius alienatio interdicta sit,atq; muliere non existẽte domina prędij constituẽdo illud in dote nõ potuit trãsferre dominium quod non habebat ergo nec dotale facete.

14 Tertio oppo.Bat.†alio modo,nam Azo. dicit quod illud quod datur est dos; at hoc est falsum quia dos est ius quoddam incorporale, sicut hęreditas, patrimonium, peculium & huiusmodi.l.quod dicitur.la.1.cũ glos.j. de impens.in rebus dot. fact. iuncta .l.nihil aliud de vet.sig.l.nam quod.§. fin. cũ.l.seq. infra ad treb.l.4.&seq.supra de pe cul.incorporalia verò dari non possunt .l. seruus.§.incorporales de acq. re.do.sed pa tientia in eis pro traditione habetur.l.pen. supra de seruitu. .l. seruitutes in prin.supra de serui.ur.pręd.ergo.

15 Sed respõderi potest † primo diffinitionẽ positam per illud vet. dari, tolerari posse ad instar.diffinitionis peculij traditę per iu risconf.in.l.5.§.peculium supra de pecul. & diffinitionis depositi positę pariter a iurecons.in.l.1.in ptin.supra depos.& diffini tionis actionis positę per Imp. in tit. insti. de act.in ptin.in quib' locis habetur quod licet verba in diffinitionibus debeant pone re veram quidditatem & essentiam rei diffi nitę.l.quis sit fugitiuus.§.etronem de edil. edi.Bar.in.l.õnes populi.3.q.sextę.q. ptin. de iust.& iu.tamen illam etiam ponere pos sunt per verba impropria vt in dictis iuribus Dec.in rub.ex de proba.nu.x.Craue.in rub.infra de leg.1.nu.117.Rip.hic nu.42.

16 Secundo † respondeti potest hic diffinisi dotem per effectus proximos, & sic per ipsam dationem iux.docti.Bat.in.l.1. infra de appell.Dec.in rub. C. qui admitti. lect.2.nu.49.& in rub.extra de proba. nu. 23.Soc.in rub.j.de cond.& de.Paris.in rub. extra de pręscrip.lo.anni.hic nu.384.

17 Quarto † oppo.Bar. nu. 18. quia dos est ius quoddam vniuersale,nam fructus & accessiones non augent res particulares sed bene augent vniuersales veluti hęreditatẽ .l.item veniunt.§.fructus.supra de peti. he. quę vniuersalis est.l.nihil aliud .l.hæreditatis appellatio & .l.pecuniæ.§.1.de ver.figni.sed accessiones dotis augent dotem & ex natura eiusdem actionis veniunt.l.si ma rito .§.fin.infra eo.&.l.etiam.C.de iu. dot.

18 Rursus † in vniuersalibus non in particularibus pręcium succedit loco rei ut no. in l.si rem & pręcium supra de peti. hę. in .l. imperator in fin. de leg.2.& in.l.cum a ma tre.C.de rei uen.at in dote pręcium succedit loco rei.l.labeo & sabinus .§.item si do minus de uer.sig. ergo dos ẽ ius vniuersale, sed vniuersalia dati non possunt quia nec tangi possunt .l. seruus.§.incorporales infra de acq.re.do.&.§. incorporales insti. de rebus corpo.& in corpo.ergo &c.

Ad

19 Ad primum responderi potest † quod fructus in.d.l.si marito .§. fin. & in.d.l.etiam. non augent dotem eo quia dos sit quid vniuersale, sed alia ratione scilicet quia mulier non recipiendo fructus fundi dotalis minus quam fundum dotalem dicitur recepisse, vt ibi expressim dicitur in vers.quia minorem dotem &c.exquo fructus pars rei esse dicuntur .l. fructus supra de rei uen.Bal. in.c.1.ad fin.ti. de pace tenen.in usi.feu. & dominium sequuntur .l. bonę fidei emptor in priu.de acq.re.do.

20 Ad secundum † autem quod in dote pręcium subintret loco rei ut in vniuersalibus, etiam respondetur alia ratione quam iure vniuersalitatis in dote id esse,uidelicet quia ita demum id in dote procedit,si res data in dotem recipit functionem in genere suo per solutionem ut quia constitetit pondere numero uel mensura ut in.l.res in dotem data supra de iu. dot. & hac ratione pręciu in dote rei loco esse dicitur; hinc est quod alijs quoque casibus pręcium est loco rei licet res vniuersalis non sit, ut in legatis est tex.in.l.plane §.quod si tem.de leg. 1. & in actione quod metus causa in.l.si ipsa res cu glo.supra quod met.causa.

21 Quinto† & vltimo contra diffinitionem Azo.oppo.ex eo quia vt sit bona diffinitio conuerti debet cum suo diffinito affirmatiue & negatiue , vniuersaliter & particulariter & demum penitus euacuare diffinitum glo. in.l.fin.de ver. sig.Bat.& doc. in.l.1.§. dolum supra de dolo.in.l.1.iusta de tutel. in.l.imperium supra de iurisd. om.iu. Bat. in.l.si is qui ꝑ emptore nu.2 1.infra de vsu ca.veru ista non est huiusmodi quia nō conuenit doti ab extraneo& nō a patre mulieri constitutę quę etiam dos est .l.vni.§. accedit.C.de rei vxo.ac.& l.stipulatio & l.cum dotem supra de iu. dot.&.l. assiduis.§.oportebat ubi. ibi vel a se met ipsa datu vel ab alio proca. C.qui potio.inpigno.ha. &.l.si liberis.C.de don.ante nup.ex ß.merito &c.

22 Verum † huic quoque oppo. dupliciter potest responderi primo dotem datam ab extraneo pro muliere dici datam ab ipsa muliere cuius cōtemplatione data est arg. l.profectitia in prin.supra de iu.dot. id .n. quod ab aliquo alterius contemplatione fit censetur factum ab eo cuius fit contemplatione l.sed & si plures .§.in arrogato infra de vulg.l.idemque in fin.& leg. seq. supra mand.&.l, aditio de acq.her. cum concor.ꝑ Natt.lib.1.cōs.14.nu.1.& ꝑ cōmuni regula Meno.de recupe.poss.q. 39.nu.5 10.

23 Secundo† etiam responderi potest quod in diffinitione Azon.loco illorum uerborū , patre & patri (quia litera est corrupta) legi debet, patre & parti, ut sit sensus quod dos est quę a muliere uel eius parte & sic etiam ab extraneo marito uel eius parti & sic etiam socero uel alij pro ea datur propter onera matrimonij &c.& ita compręhendet etiam dotem ab extraneo daram, & ita respondet hic Pont nu.61.& ita etiam ego uidi & legi in lectura Azonis esse. Ex quibus omnibus hęc diffinitio Azon. ab impugnationibus Bar.& doc.optime (ni fallor) remanet defensata.

Cęterum † vt etiam detur in futurum materia cogitandi & occasio disputandi ingenijs; acuendi hanc eadē Azon.diffinitionē ex infrascriptis impugnari posse arbitror.

24 Primo quia bona diffinitio debet poni secundum effectualem iuris dispositionē,& non secundum hominis ministerium Bat. in rub. infra de acq.hę.Gomes. in insti. de actio.in prin.nu.31.Paris.in.l.1.in prin.n. 27.de ver ob. Nicon.hic nu.183. vnde dicitur sicuti hominis non reddere diffinitionem legis defectiuam Odofre. in.l.iustitia de iusti. & iu. Bar.in.l.si cū dotem in prin. nu. .infra eo.ar hæc diffinitio ,Azon. est secundum hominis ministerium quatenus dicit dotem dari a muliere uel eius patre seu patre uiro uel eius patri seu parti & quatenus etiam dicit dari propter onera matrimonij, quę etiam in hominis consistunt ministetio d.l.doris fructus supra de iu.do. &d.l.pro oneribus .C.eo.ergo.

25 Secundo † quia bona diffinitio debet cōuerti cum suo diffinito & penitus euacuare diffinitum.glo. in.l.fin.de ver.signi. Bat. & doc.in.d.§.dolum cum concot.de quib⁹ supra,at ista non est huiusmodi; quia non conuenit doti recuperatę so. ma. quę licet non sit apud maritum nec seruiat oneribus matrimonij tamen dos est, secun. communem doc. sententiam de qua hic testatur Ruyn.nu.xi. & Tolet.lib.cōmunium opin. ver.dos.nu.161. neque minus conuenit doti promissę quę pariter dos est secundum communem sententiam doc. de qua hic pariter testantur Ruyn.nu.93.& Io.Bolog. 180. neque minus conuenit doti constitutę per maritum proprię uxori de bonis ipsius mariti ut in.l.nuper.C.de natu.libe.in.§.si insti.de nup.& in auth.de filijs ante dora.in stru.na.in prin.ergo non est bona.

26 Tertio † quia ver.perpetuo,in ea diffinitione positum,ex poni debet idest dū uiuit, seu dum uiuunt .ut.in.l.1. supra pro Soc. & in.c.sanctorum 70.distin. licet alias varijs modis secundu subiectam materiā sumatur vt no.in.l. si vsusfructus municipib⁹ de usufru.leg.in.l.an uiusfructus de usufru. in.l.pure.§.h.de excep.do.per Ant.de butr. consi.48.nu.3.Paris.lib.2.cons. 30. nu. 24. & cons.63.uu.18.Alex.lib.3.cōs.23.col.1.

Crot.

Crot.lib.1.consf.48.nu.33.Rebuf.in.l. vni. nu.92.C.de sent.quæ ꝓ eo quod int. Sicul. lib.3.conf.14.Syluan. conf.6. nu.6. lib. 1. Goza.conf.102.nu.7.& tamen aliquando diuortio soluitur matrimonium & dos restituitur absq; alicuius coniugum morte vt in.l.cōsensu.C.de repud.& in .§. distrahuntur auct.de nup.

27 Quarto † quia diffinitio debet ponere quidditatem rei & nō vnde proueniat.Bar. in.l.1.in prin.nu.6.de acq.poss.at ista ponit vnde proueniat in eo quod dicit quod dos est quæ datur a muliere vel eius parte & sic quod prouenit a muliere vel eius parte,ergo mala.

28 Quinto† quia diffinitio ab accidentibus data non est bona quinimmo non est diffinitio quia diffinitio essentiam rei describit intelligentiam rei claudit secundum Boet. quem refert Bal.in rub.C.qui ad.mitti. col. 2.& in l.maximum vitium C.de libe. præte.& Gammar.lib.1.diale.lega.in prin.sed diffinitio Azon.est huiusmodi in eo quod dicit dotem dari propter onera matrimonij, cum detur matrimonium sine dote .l. quod si nulla supra de relig.& sump.fun.& l.iubemus.C de repud.&.l.fin. C. de don. ante nup.& dos sine oneribus matrimonij vt in.l.fin.in prin.de excep. doli. & patet in dote promissa vel in dote recuperata, aut etiam destinata vt supra satis superq; dictum est, & inferius etiam loco suo dicetur.merito &c.

29 Quamobrem postremo loco † Bar. hic nu.21. ponit aliam & suam diffinitionem dicens quod dos est ius quoddam in se continens quod a muliere vel eius parte marito vel eius parti traditur vel pro tradito habetur ꝓpter onera matrimonij substinēda; & cum Bar. transeunt doc. communiter vt hic testātur Bulg,nu.1.Ias.21.Alex.&Parp. 25. Monter. 136. par.3. & Soc.lib.1.consf. 58.nu.4.& Crot.lib.3.conf.376. nu.2.

30 Et † probatur primo quia illa est bona & approbata diffinitio quæ constat genere & differentijs vt no.in.l.1. infra de testa. in.l. 1.in prin.de acq. poss. & per Gammar. vbi supra & Euer.in cent in loco a diffini. post prin. at ista est huiusmodi, genus enim est ius.l. pen. supra de iust. & iu. &.l. 1. supra de vsufru.& insti.eo.in prin. & de actio. in prin.differentiæ vero constituuntur ex his verbis, quoddam, & propter onera matrimonij, nam primum excludit ius disponens de quo per Bar.in.l.2.§. quod obserua ri .C.de iura.calum.alia autem excludunt donationem ante nuptias;sponsalitiam largitatem,& paraphernalia vt supra nu. 7. in diffinitione Azo.dictum fuit.

Et addit Bar.vel ꝓ tradito habetur, ꝓpter ea quę de breui manu habentur in.l.pro mittendo & in.l.licet supra de iur.dot.& ita vt dixi doct. communiter tenent, vt hic refert Soc.iun.nu.1.par.3.

31 Probatur secundo† alia ratione quia illa est bona diffinitio quę conuertitur cum suo diffinito Bar.& doc.in.d.§.dolum. Abb. in c.quamuis de sent.excom. Dec.in.l.si fugiti ui.nu.2.C. de ser.fugi. Alcia. lib.1.de ver. sig.at ista est huiusmodi, quia vbi non sunt onera matrimonij ibi nec dos est .l. si patet &.l.si serua.§.fin.&.l.plerunq; .§.si ante supra de iure dot.&.l.fi.§.sicut.C.de dona.ante nup.& vbi sūt onera matrimonij ibi dos esse debet.l.dotis fructus & .l. si is qui.§.1. supra de iure dot.&.l. ꝓ oneribus.C.eo.ergo diffinitio bona.

32 Probatur† tertio alia ratione, quia bona diffinitio debet competere tali & non quasi tali vt not.in.l.fin.C.de colla.& in Insti. de oblig. quæ ex deli. in prin. & per Gomes.in rub.Inst.de actio.nu.4.& Gammar. lib.1.diale.lega.in loco a diffini.ver. aliam at ista est eiusmodi quia non competit donationi ante nuptias, nec sponsalitię largitati nec paraphernis quæ licet dentur nubenti non tamē propter onera matrimonij tot. tit. de dona. ante. nup. & de pac. conuen.ergo &c.

33 Probatur † quarto quia illa est etiam bona diffinitio quæ ponit substantiam rei diffinitæ Bar. in .l. 1.infra de testa.& in .l. si is qui pro emptore nu.21.de vsucap.Bal.in .l. 1.supra de vsufr.doc.in.l.1.in prin.de acq. poss.at ista est eiusmodi vt patet ex ver. est, quod substantiam rei significat Bar.in.l.si maritus.§. legis de adulte.Bal. lib. 3. conf. 491.visa.col.1.Rip.in rub.extra de constitu.nu.6. Tiraq.in tract.de retra. consang. § 1.glo.5.nu.28.ergo &c.

34 Probatur quinto & vltimo † quia illa est optima diffinitio quæ continet quatuor illas causas ad vnamquamque rem inducendā necessarias vt tradit Crisp. in rub. infra de leg.1.nu.104.& supra nu.4.diximus sed ista est huiusmodi quia continet causam efficientem ibi a muliere vel eius parte, causam materialem ibi quod traditur vel pro tradito habetur, causam formalem quæ est cōcinna ipsius diffinitionis compositio, & causam finalem quæ est propter onera matrimonij vt ibi propter onera matrimonij substinenda ergo &c.

35 Et† hanc diffinitionem Bar.vt supra probatam; & communiter approbatam tenendo,Non obstat quæ a scriben. vario modo in contrarium adducuntur. & primo non obst.tex.in.l.si conuenerit .2. supra de pact. dot.in fin.& in.l.fin. in prin. supra de excep. doli vbi valet pactum quod mulier aliunde se

fe alat & maritus fructus dotis habeat & sic
ibi dos non datur propter onera matrimo-
nij substinenda, (ex quibus etiam alias di-
cebat Campeg. in tract. de dote. q. 1. quod
in diffinitione dotis diei debet propter ma-
trimonium & non propter onera matrimo
nij quia dos ꝑ matrimonio immediate cõ
stituitur l. 1. & seqq. supra de iure dot. & nõ
mediate prout significat dictio ꝑpter. Bar.
in. l. eo tẽpore supra de pecul. &. in l. non du
bium C. de legi. quod an verum & quomo
do intelligendum sit alibi dicetur, licet Sal
tia. hic nu. 132. cogitandum reliuquat)
36 Quia † respondetur dupliciter primo q̃
dum maritus conuertit fructus dotis in do
tem(quia eo tm̃ casu illud pactum ualet ut
in dictis iuribus & .j q. 15. nu. 49. etiã dice-
mus) dicitur in eo substinere onera matri-
monij ex cõmuni sententia doc. de qua hic
per Ang. & sequaces infra q. 15. relatos
37 Secundo † quod pactum de quo in dd. iu
ribus proficiscitur ex facto hominis dispo-
sitionem legis alterantis & ideo nõ officit
diffinitioni secundum odofre. in .l. iustitia
supra de iusti. & in. Bar. in .l. si cum dotem
in prin. nu. 5. supra eo. quę secundum le-
gis dispositionem non hominis ministeriũ
poni debet Bar in rub. infra de acq. hę. Pa-
gis in. l. 1. in prin. nu. 27. de uer. obl. & Ni-
con. hic nu. 183. & propterea ex mutatione
accidentium diffinitio non in fringitur Io.
Fab. in tit. insti. de obliga. in fine prin. Gam
mar. lib 1. diale. lega. in loco a diffini. in fi.
38 Secundo † non obst. tex. in .c. cum sicut
extra de consecra. eccle. ubi ecclesia non
consecratur sine dote , & sic datur dos, do-
tisq; nomen ubi nulla sunt onera matrimo
nij, pro ut etiam in auct. ut null. fab. ꝑ tot.
39 Quia † respondetur primo quod in di-
ctis locis dos sumitur large secundum Bal.
nouell. de dote par. 1. & nos supra in pręfa.
nu. 65. diximus, hic autem diffinitur dos
stricte sumpta pro ea quę oneribus matri-
monij carnalis seruit de qua. in. l. 1. & per
tot. tit. supra de iure dot. & diffinitio soli ta
li & non quasi tali competere debet .l. fin.
C. de colla. & insti. de oblig. quę ex delicto
in prin. & supra dixi.
40 Secundo † etiam respondetur quod ibi
quoq; dos dicitur ꝑ oneribus matrimonij
scilicet spiritualis deseruire, ex quo pro ali
mentis clericorum & monialium respecti-
ue alijsq; ecclesię indigentijs deseruire de-
bet arg. not. in. c. inter corporalia extra de
trasla epi. in. c. cum secundum de pręben.
& in .c. de his extra de eccles. edifi. vnde
dicitur arguendo a matrimonio carnali ad
spirituale. c. quoniam frequenter .§. porro.
extra ut lite non conte. quod sicut pater te-
netur dotare filiam carnaliter nubentem .l.
qui liberos supra de ritu nup. ita etiam te-
netur dotare filiam monasterium ingredi-
entem & sic spiritualiter nubentem Bal. in
l. fin. C. de dot. promiss Ancar. cons. 108. in
paucis Euer. in cent. in loco amatrimo.
Carn ad spiritu. post prin.
41 Tertio † non obst. quod dos modica dos
sit, & tamen oneribus matrimonij seruire
non possit Bal. in. c. si proponente extra de
rescrip. Coras. in. l. qui liberos nu. 27. supra
de ritu nup. sicut etiam modicæ rei furtum
furtu n est. §. gallinarum cum glo. Iosti. de
de re. diuis. glos. in. l. si proprietarius §. fin.
de dãn. infe. & in. c. cum te. extra de re iud.
Quoniam respondetur negando assumptũ
ita simpliciter ac generaliter intellectũ ve
rum esse generaliter & absolute nã alias pa
rum & nihil æquiparantur .l. quamuis. de
cõd. & de. & insti. de lege falci. in prin. doc.
in. c. licet causam. §. quamquam extra de ꝓ
42 ba. vnde dicitur † congruam dotem legiti-
mę equiualere debere vt in auct. de trien. &
se. in prin. Rube in. l. pater filiũ nu. 169. su
pra de inoffi te. Boet. q. 3. nu. 12. & pro com
muni sentẽtia Dec. cons. 379. nu. 17. scrib.
in aut. res quę. C. cõmunia de lega. nisi mos
loci qui seruandus est aliud suadeat Cos. li.
3. cõs. 3. Dec. cõs. 26. col. 3. Paris. lib. 2. cõs.
62 col. fi. Rolan. lib. 1. cons. 85. nu. 16. alias
autem modica dos & nulla dos ęquiparan
tur vt tenent doc. in terminis illius tex in
aut. pręterea. C. vnde lr & vxor. Corsec. in
tract. de minimis col. vlti. Mant. lib. 1. cons.
145. nu. 8. Rolan. lib. 3. cõs. 14 nu. 10. & seq.
vt iterim pręteremittam quę in hac materia
dici possunt de quibus infra. q. 15. nu. 30. &
seqq. verba faciemus. Et licet modicę
rei furtum, furtum sit, tamen illud proce-
dit dumtaxat quo ad finem cognoscendi
delictum esse, iux. illud Nam de mille fabę
modijs cum surripis vnam est leuius dam-
num tibi non facinus minus esto glo. in d. l.
si proprietarius .§. fin. & quoad finem mul-
ctandi delinquentem, quod ad publicam
dicitur utilitatem pertinere ne delicta re-
maneant impunita ar. l. si ita vulneratus su
pra ad leg. aquil. & .l. licitatio. §. quod illi-
cite de publican.
43 Quarto † non obst. quod ista diffinitio
posita sit in fieri contra doctri. Bar. commu
niter approbatam in. l. 1. in prin. j. de acq.
poss. & sic antequam dos sit creata, quia du
res est in fieri non dum dicitur in rerum na
tura esse vt in. c. nihil. 7. q. 1. In. c. ad cõditio
rem. §. licet de ver. sig. in extrauagan. Ioan-
nis xxij. in. l. pe. C. de hisqui. vt indign. glo.
in. c. 1. ex̃ de renun. Vaco. decla. 168. lib. 4.
44 Quia respondetur † quod quando res
diffinita est in se imperfecta toleratur etiã
diffinitio ꝓut in fieri. Veron. de interpręta.
legis

legis in prin.nu.49.quia tunc dicitur poni in habitu & potentia & non inactu, secun. Veron. ubi supra nu.41. ut in.l.1.infra de testam.in.l.1.supra de usufru.& in insti.eo. in prin.in.l.1.in prin.infra de tutel.& in.§. 1.insti.eo.ideoq;dicebat hic Rip.nu.53.in fin.fat esse diffinitionem aptitudine esse ueram ex glo.In insti.de iusti.& iu.in prin. unde cum dos sit quid imperfectū in se antequam applicetur, prout testamentum usufructus,tutela,& huiusmodi, dicendum est potuisse etiā ur in fieri diffiniri,& diffinitio nem ita positam tolerati ut in.l.5.§.stipulatio de uer.ob.& in.§.seruitus insti.de iu.per so.& per Rube.in.l.non solum.§.morte infra de no.ope.nun.nu.171.ubi notan. inqt non esse inconueniens in diffinitione exprimi modum per quem res diffinita in esse deducitur ut in.l.libertas.§. seruitus de sta. ho.&in.l.5.§.stipulatio de uer.ob.licet sub stātialia rei diffinitę necessaria ad rem diffinitam in esse deducendam necessatio non sint in diffinitione exprimenda Roch.Cur. in rub. extra de consti. Dec.in rub.extra de const. lect.1.nu.28. Neuiz.lib.1.siluę nup. nu.157. & ego in tract.de priuilegijs pauperum q.1.nu.9.etiam comprobaui.

45 Quinto † non obst. quod hęc diffinitio non conueniat doti promissę, quę dos est, l.1.§.& si tantum infra de colla. dor.l.cum post.§.1.infra de admi.tut.& pro communi sententia Ruin.hic nu.93.& Io.Bolog.180. & propterea necessario addendum sit, uel promittitur, uel pro promisso habetur, ut dicebat Ang. hic & in cons. 180. nu.2.quę sequi uidetur etiam Alex.nu.27.

46 Quia † respondetur quod preterquam quod est quęstio dubia inter doc.an dos ꝓmissa sit ꝓprie dos, & multi etiam summę authoritatis scrib. tenuerunt partem negatiuam, & in specie hic Alex.nu.27.Soc.36. Rip.58.& Pont.78. & nos inferius q.16.eti ā latius deducemus, hęc diffinitio cōuenit etiā doti promissę quę quantū ad hoc dum taxat ꝓ tradita habetur ex quo promittēs omnino tradere & promissionē adimplere tenetur ar.l.1.in prin. supra de pact. l.r.in prin.de cōsti.pecu.&.l.sicut.C.de act.&ob. & cū de ꝓximo sit soluenda quo ad hoc de quo agimus ꝓ soluta habetur arg.no.in.l. pen.j. de mili.te.in.l.itē legato de leg.3.in .l.qui pœnę.§. diuus de manumiss.& in.l.si fundum in fin.§.de fun.dot.ex quo ꝓfertim sola promissione ex parte promittentis dicitur dos in esse deducta. secundum glo. in.l.vni.§.accedit uet.fecerit.C.de rei uxo. ac.& Bar.in.l. ratio centum.§. titio genero nu.5.infra de cōd.& de.& sic supletio Ang. & Alex.non est necessaria.

47 Sexto † non ob.quod dos sit contractus. l.1.ibi eum uoto eius contrahitur supra de iu.do.l.exigere dotem ibi nec enim id gēnus contractus de iudi.glos.in.l.1.infra eo. & quidē nominatus Bar.in.l. legitima nu. 2.&in.l.iurisgen.in fine prin.supra de pac. Alex.hic nu.34.& pro communi sententia Io.Campeg.de dote par.1.q.6.in fin.& cōtractus sint facti.l. consilio in fin. de cura. fu. ergo dos ius esse non possit, quia ius & factum sunt contraria quę simul in eodem subiecto stare non possunt.l.hęc uerba ille aut ille de uer.sig.& in rub. & nigr.sup de iur.& fac. igno.

48 Quoniam † respōdetur quod dos sumpta ut in fieri & dum concipitur a partibus tan quam contractus idest hinc inde actus, bene dici potest esse quid facti & in facto consistere, uidelicet in partium concordia, & conuentione, ut in simili dicebat Soc.iun. post doc.in stipulatione in rub.infra de uer. ob.nu.386.Sed postquam dos est constituta & in esse deducta est iuris, ortum habens ex pręcedēti partium conuentione arg. no. in.l.licet.§.ea obligatio supra de procu. & in.l si ex plagis.§.in cliuo.sup ad leg.aquil. cum itaque nomina sumi debeant ut sunt in esse deducta & non ut sunt in fieri quia tunc non dicuntur ad huc esse.c. ad conditorem .§.licet de uer.sig.in extrauag. Io.22' consequens est dotem non facti esse sed iu-

49 ris dici debere. Sicut † in cęteris quoque contractibus omnibus dici solet q a principio dum celebrantur sunt facti quia in partium uolunrate & conuentione consistunt l.sicut.C.de act. & ob.sed postquam sunt celebrati dicuntur esse iuris ut in .l. si unus §.pactus supra de pact.las. in .l. sciendum de uer.ob.Gomes.in ri.de actio.in ptin.nu 23.Vaco.decla.86.lib.2.

50 Vel ultimo dici potest † quod aut consideratur dos in se ipsa, in sui substantia, & in abstracto, nulli hominis subiecto applicata, & tunc est iuris pręcipue quia a iure inducta ac fauoribus & priuilegijs innumeris fulcita & cōdecorata ut in.l.2.§.fi.& in.l. feię.§. prędia.de fun.instr. & in rub. & nig. supra& .C. de iu. do.& in .l. vnica .C. de rei uxo.action.& in.l.assiduis.C.qui potiores in pign.habeā.& in.l.ad exactionē & per tot.tit.C.de dot.promiss.aut considera tur in exercitio hominis & prout applicatur huius uel illius ministerio & tūc dici potest in facto consistere &a partiū conuentione & hominis facto pendere ad instar aliorum contractuum deq bus in d.l.consilio& in .l. ex hoc iure supra de iusti.& iur. & in. §.ius autem gen.insti.de iure nat.gen.& ci. Et ex his diffinitionem doris de qua hic per Bat. satis defensatā declaratam & explicatam ac elucidatam esse censeō.

S SVMMA

SVMMA RERVM CAPITA

1 Dos an sit ius vniuersale. communis affirmatiua nu. 37. De Veritate 51.
Vniuersalia non vendicantur
2 Intell. l. in rebus. C. de iu dot. & nu. seq.
3 Dos non vendicatur sed corpora data in dote.
Intell. l. si ager supra de rei. ven.
4 Dominium dotis retrotrahitur so. ma. ipso iure in mulierem eius intuitu.
5 Vniuersalis successor tenetur stare colono. Decla. nu 7.
6 Mulier so ma. non tenetur stare colono viri. De veritate nu. 8.
8 Intell. l. si filiofa. §. fin. infra eo. & nu. seqq.
Maritus tenetur stare colono vxoris suę
9 Frustra hominis ministerium requiritur ubi operatur ars & natura.
Frustra precibus imploratur quod communi iure conceditur
10 Consistentia in iure non dicuntur. dari nec tangi Decla. nu xi. & 13.
11 Dos est ius vniuersale in corporibus consistens sicut patrimonium, peculium, bo. possessio.
12 Ius incorporale transit per traditionem rerum corporalium
14 In vniuersalibus extinctis corporibus ius vniuersale remanet Decla nu. seq. & nu. 17.
Dos extinctis corporibus dicitur extingui
Cui non conueniunt qualitates dispositionis non conuenit dispositio Decla. nu. 18.
15 Extinctis corporibus extinguitur vniuersum in corporibus non in iure consistens
16 Dos constituitur ex voluntate constituentis & corporibus in dotem datis
19 Ius vniuersale aptum est iura & actiones comprehendere.
20 Aliud est dos, aliud fundus in dote datus
Dos est ius continens. fundus dotalis est res contenta in dote
21 Dos apta est iura & actiones comprehendere
22 Particularia quoque apta sunt actiones comprehendere
legato fundo etiam via continetur
Dos capax est actionis funerarię, mandati, negociorum gestorum
23 Vniuersalia non possunt nisi in pluribus constitui Decla. nu. 25.
Dos in vna tantum re constitui potest
24 Hęreditas in una tantum re constitui potest licet vniuersale ius sit
24 Vniuersitas facti in pluribus constituitur.
Vniuersitas iuris absque ullo corpore iuris intellectum habet
26 Fundus effectus dotalis fit uniuersalis propter ius quod in se continet
Dos est patrimonium mulieris & nu. 53.
Patrimonium est res uniuersalis & nu. 53.
27 Intell. l. quod dicitur la. 1. in prin. ff. de impens. in rebus dot. fac. & nu. seqq.
28 Intell l. 1 in prin. infra de dote pręlega. & nu. seq.
Intell. l si is qui Stichum. §. quod dicitur supra de iu. dot. & nu. seq.
29 Dotis rerumq; dotalium appellatione tam res vniuersales quam particulares continentur
30 Leges declarantes. l 1. §. in necessarijs infra de impens. in rebus dot. fac.
Declaratio nil noui facit preterquam quod declaratum exponit.
Lex interpretãs ab interpretata dissentire nõ debet
31 Diuersum est dotem ius vniuersale esse uel vniuersitatem esse
Ius pro titulo ponitur
32 Vniuersum pro toto integrali ponitur
Plures res dotales collectiue sumptę dotem efficiunt.
33 Impensę necessarię quomodo minuant dotem & non corpora dotis
34 Vniuersitas alia est corporum, alia iuris, & corporum
35 Intell l. fin. C. de sent. quę sine cer. quanti. & nu. seqq. & nu. 69
36 Sententia debet esse conformis libello
Paria sunt sententiam esse certam per se uel per relationem ad acta etiam si relatio tacite fiat, dummodo acta sint probatoria
Libellus est de actis assertorijs non probatorijs
37 Incertitudo in vniuersalibus ratione generalitatis causa non uitiat
38 Verba legis ubi deficiunt ibi deficit dispositio
Authoritas Bar. est probabilis & nõ necessaria
39 Incertitudo causatur a nominatione in genere
Genus non facit denominationem perfectam
Genus est imaginatio quędam extra commercium nostrum
40 Fructus in Vniuersalibus augent eademq; actione qua principale petuntur
Fructus dotis augent dotem, & actione de dote petuntur & nu. 43.
41 Dos exigitur per actionem de dote.
Causa causę est causa causati
42 Intell. l. si marito. § fin. infra eo.
43 Fructus dotis petuntur officio iud. mercennario
In actione bo. fi. ueniunt ea quę bonum & ęquum est uenire.
44 Fructus dotis augent dotem uolente muliere tantum & ante contractum matrimonium
Fructus dotis additamenti causa dati censentur
45 In uniuersalibus pręcium intrat loco rei & ita pręsumitur conuentum Decla. nu. seqq.
In dote, & donatione an̄ nuptias p̄ciũ est loco rei
46 Pręcium est loco rei in consistentibus pondere numero uel mensura
Intell. & declaratio glo. in l. Labeo. 2 §. item si dominus de uer. sig.
Dictum doctorum intelligi debet secundum legem quam allegant.
47 Precium est loco rei tam in uniuersalibus quam in particularibus quando utriusque partis consensus concurrit

Aliud

Aliud pro alio consentientibus partibus sol ui potest
48 *Non ualet consequentia homo currit, equus currit ergo homo est equus*
Conuenientia in accidenti uel in qualitate non dicuntur in substantia conuenire
49 *Qualitas & accidens potest ad esse & ab esse prete subiecti corruptionem.*
50 *A qualitate ad substantiam nõ ualet argumẽtũ*
Qualitas seorsum adispositione principali posita non qualificat dispositionem
51 *Vniuersalium natura est accessiones & decessiones continere*
Dos continet accessiones & decessiones
52 *Arg. ab effectu ualet quia cui conueniunt effectus eidem conuenit substantia.*
54 *Dos est pars & portio substantiæ patris*
Substantia est quid uniuersale
Totius & partis idem iuris est
Dotale prędium potest per uniuersitatẽ alienari
55 *In non habentibus Symbolum non fit facile transitus*
56 *Leges appellant dotem uniuersam, & uniuersitatem*
Legis denominatio debet conuenire subiecto.
57 *Vniuersum dicitur quod ex iure & corporibus consistit differens a generalitate quę corpora continere non potest*
Dos cõsistit ex iure & corporibus in dotẽ datis
58 *Dos est ius uniuersale etiam si in uno solo fundo sit constituta*
Vniuersalitas iuris & corporum etiam in uno indiuiduo preseruatur
Hereditas, & peculium in una tantum re consistere potest
59 *Dos est ius uniuersale & intellectuale*
Vniuersale habet suum esse in intellectuali & in suis indiuiduis
Indiuiduis non existentibus uniuersale remanere non potest
60 *Dos est ius uniuers. idest titulus uniuersalis, uel ius totale nu 62.*
Ius pro titulo quandoque ponitur
61 *Dos est ius dispositum non ius disponens licet sit ius continens non contentum.*
62 *Intell. l. fundus mihi communis cum glo. supra fa. her.*
63 *Dos dicitur ius uniuersale ex. parte mulieris secus ex parte uiri*
64 *Dos dicitur ius uniuersale tam constante matrimonio quam eo soluto ante recuperationem.*
Dos so. ma. recuperatione facta non dicitur amplius proprie dos.
Dos recuperata dicitur Ius uniuersale quia est patrimonium mulieris, non quia dos.
65 *Ius uniuersale est quod continet uel aptum est continere uniuersalitatẽ iuriũ actiue & passiue*
66 *Quando in dote uil est constitutum nõ potest ius uniuersale appellari*
Qualitatem probare uolens prius substantiam probare tenetur
67 *Dominium in uniuersalibus sine traditione trãsit*
Dotis dominium non transit sine traditione Nisi mulieris fauore
68 *Libellus generalis quo dos petitur admittendus est. Decla nu. 77. & seqq.*
Intell. l. 3. C. de dot. promiss.
Intell. l. cum post §. gener. de iu. dot.
Iudex pro modo dignitatis & facultatum partium Iudicare debet
70 *Libellus & sententia debent esse conformes & eisdem iuris regulis niti*
71 *Incertitudo ex ęquitate Cano. non uitiat dispositionem sed boni uiri arbitrio declaratur*
72 *Incertitudo ex generalitate proueniens non uitiat libellũ in particularibus parte nõ opponẽte*
73 *Libellus generalis admittitũ in petitione legitimę*
Arg. a dote ad legitimam ualet
Legitima est quota bonorum ideo difficilius specificari potest
74 *Libellus generalis admittitur in petitione hęreditatis.*
75 *Libellus generalis admittitur in iudicio attentatorum*
Attentatorum iudicium est priuilegiatum nec obseruationem terminorum exposcit
76 *Libellus generalis admittitur ubicunq; summarie proceditur uel iudicium est summarium*
77 *Libellus generalis saluatur in terris ecclesię, in quibus ius cano. pręualet*
78 *Libellus generalis debet esse certus uniuersi respectu*
79 *Generalis petitio debet in processu saltẽ exequtiuo liquidari*
80 *Libellus quo dos criminaliter petitur debet esse certus & concludens*
Incertitudo in criminalibus uitiat libellum
81 *Libellus generalis nunquam admittitur quando reus ob incertitudinem deliberare non potest*
82 *Et declarari debet ut condemnatio sequi possit quãdo scilicet porrigitur coram specialem iurisdictionem habente.*

QVÆSTIO DECIMAQVARTA

1 IN materia diffinitionis dotis † de qua hic per Bar. tria potissimum reuocantur in dubium, & a scribẽ. controuertuntur. Primũ est An dos sit ius uniuersale intellectuale?

In quo quidem articulo duę & contrarię sunt doc. sententię Alteram enim & negatiuam tenuit Bal. in l. sed si possessori. §. fin. supra de iureiur. & in. l. fin. nu. 4. ubi dicit hãc esse communem. C. de sent. que sine cer.

quanti.Roma.in.l.si filiofa.§.si uit. nu. 27. iutra eo. Coras. in .l. qui liberos nu. 40. & seqq. supra de ritu nup. Bal.nouell. de dote q. 2. & in .l.1.col.3. infra eo. & hir Cuma. Paul. Castren.nu.6.Ang.&Bulg.9.& seqq.

Probatur horum sententia primo ea ratione quia vniuersalia non vendicantur .l. uendiratio supra de rei uen.l. peculium infra de pecul. lega. cum rei uendiratio pro rebus singularibus consequendis sit institu ta.l.1.in prin. supra de rei uen. glo. & doc. in rub.C.eo atqui pro dote cõpetit rei uen dicatio.l.in rebus.C. de iure dot. ergo non est ius vniuersale.

2 Sed † huic motiuo responderi dispůtãdo potest (intelligendo semper quod disputan di gratia dicta non obligent ut in .l.obliga tionum substantia in fin.de act. & ob.) primo dotem dici improprie uendicari, uaru d.l.in rebus, loquitur in quasi uẽdicatione ibi in huiusmodi rebus quasi proprijs &c. & dic.quasi est nota improprietatis secundum Bar.in.l. diuortio .§. si fundum infra eo. doc. in .l. in facto infra de cond. & de. Dec.consi.539.nu.xi.

3 Secundo † & melius responderi potest q̃ in d.l.in rebus, non uendicatur dos, sed res & corpora data in dotem ut in prin.illius tex. dicitur nam in vniuersitate iurium & corporum prout est dos & peculiũ possunt uendicari singula corpora consistensia in dote uel peculio non autem ipsa dos & peculium ut in.l. si ego supra de iu.do.& in.l. uendicatio de rei uen.& in.l. si ager.eo. tit. ubi similiter hęres res singulares hęreditarias uendicare potest, atque etiam vniuersalia in corporibus consistentia .l. 1. §.fin. eum.l.seq.eo.tit.per Campeg. de dote par. 1. q. 4. col. pen. & Visita. hic nu. 103. & Nicon. 2ij.

4 Tertio † etiam responderi potest speciale esse in muliere ut eius intuitu retrotrahatur so.ma.dominium ipso iure ut in d. l. in rebus, ideoque ei soli in priuilegiũ rei uen dicatio competat non autem alijs pro dote agentibus, quin nec ipsius mulieris hęredibus ita Bar.& doc.in.l.nesennius.§.fundum in fi.de re iud.Alex.in.l.si mora col.3. infra eo.Ias.in.l.1.nu.17.infra eo.ideoque in contrarium esse ius commune .l. ius singulare de legi.

5 Probatur secundo † alia ratione nam vniuersalis successor tenetur stare colono, ut in.l.cũ a matre.C.de rei uen.in.l.exqua per sona de reg. iu. exquo facto defuncti contrauenire non potest .l. ea quę a patre .C. de testi.mili.l.polla .C. de his q.ut indign. l.fin.C.de reuo.his quę in frau.cred.Bal.in l.generaliter .C. de non nu.pe.& in .l. successio.C.de solu.sed mulier in dote non tenetur stare colono, idest locationi rerũ dotalium a uiro factę ut in.l.si filiofa.§.fin. in fra eo.ergo dos no est quid vniuersale, nec mulier in ea succedit iure vniuersali. ar. l. emptorẽ.C.de loca &.l.nihil .§. 1.de leg.1.

6 Sed † responderi potest primo quod mulier in dote non repręsentat uirum, quemadmodum hęres in totum repręsentat defunctum .l.hęrea infra de usura. &.l. hęres in omne de acq. hęr nam in muliere non transeũt actiones passiue to.tit.C. ne uxor p̃ marito.ideo ni mirũ si mulier nõ tenetur uiri stare colono ad no. p̃ Bar.in.l. si ab eo. C.de neg.ge.in.l.2.in fin.infra de pręto.sti. per Boer. q.23. nu 21.& Campeg.de dote. par. 1.q.4.col.pen.ita Port.hic nu.66.

7 Secundo † responderi potest quod successor vniuersalis tenetur stare colono in his dumtaxat quę iure hęreditario ad eum per ueniunt.l.si hęreditarem sup mand.l. quoties.C.de hęr.insti. in alijs autem secus, ut no.in.l.si fundum sub conditione.§. si libertus de leg.1. per. Bar. in d.l 2.de pręto.sti. Aquens. in.l. si ita quis .§. ea lege. de uer. ob.Cremens.sing.x. at mulier non recuperat dotem iure hęreditario uiri sui, nec in ea hęreditario iure succedit merito colono viri stare non tenetur arg.not.in .l.1.C. si cer.pet.& in.l.2.C.de hęr.actio.

8 Tertio † etiam responderi potest retorquendo tex.in d.l. si filiofa.§. fin. cum Bal. in.l.emptorem nu. 3.C. de loca.ut probet mulierem teneri stare colono, nam ibi non restituitur res dotalis locata in quinquennium per uirum vxori, nisi ipsa caueat marito se pręstiturã si quid pręter vnius anni locationem maritus damnatus sit & sic ex effectu determinationis illius tex. muliet non solum tenetur stare colono uiri uerum etiam ipsum idemnem circa hoc seruare, quod fortius est, arg.no. in auth. itaque.C. communia de successi.in.l.re coniuncti de leg.3.cũ simi. prout etiam e conuerso mari tus colono uxoris stare tenetur secundum Imol.in.l.diuortio ver.item si merces infra eo. & sic in correlariuis idẽ erit in utroque dispositum iuxta not.in.l.fin.C. de indi,ui dui.toll.in.l.fin.de acceptila.in.l. 1. C. de cupress.lib.xi per Bal.in.l.conuenticula.C de epi.& cler.&Euer.in cẽt.in lo.a correla.

9 Nec † ob.inductio Bar.& sequaclum, q̃ si mulier teneretur stare colono frustra ibi cauere teneretur arg.no.in l.si in duobus.§. 1.infra quẽadmo.testa.ape. ubi frustra hominis ministerium requiritur ubi ars & natura operatur quia etiam frustra precibus imploratur quod iure communi conreditur .l.imperatores infra de priui. cred .l. vni.C.de Thesau.lib.x.

Quoniam responderur quod cautio ibi non

non est frustratoria ex quo mulier non promittit stare colono sed promittit soluere in tertiū uel pœnam ad quam prestandā maritus, licet condemnatus, & ad quam ipsa abs que promissione aliter non teuebatur. ar.l.sancimus.C.de pœn.l.sup iter.§.apud ferocem infra de aqua plu.arcen.glo. in .c. quęstiom ex de his quę fi.a maio.par.capi.

10 Probatur tertio † alia ratione, nam ea quę in iure vniuersali consistunt non dicuntur dari, quia nec tangi possunt.l.seruus.§. incorporales infra de acq.re.domi.& .§. in corporales insti. de rebus corp.& incorpo. sed patientia in his loco traditionis habetur.l. quoties & .l.pen. supra de serui. dos autem dicitur dari .l.dotem dedit.&.l. filium infra de colla.bon.l.pen.& fin.de colla dot.l. fin. vers. neq; enim .C. de dot. promiss.&.l.1.& seq.&.l.nulla.&.l.quoties.& .l.cum a socero.&.l.de his.C.de iure dot.ergo non est ius vniuersale.

11 Sed † responderi potest primo argum. procedere in vniuersitate iuris tantum ut in .l. 1.§.quędam supra de re.diuis.in.l. pecunię 2.§.hęreditas &.l.hęreditatis appellatio de uerb.sig. hic uero agitur de vniuersitate iuris & corporis simul quia dos est ius vniuersale in corporibus consistens secundum Bat.hic, sicut patrimonium .l.cogi.in prin.ad treb.&peculiū.l.peculiū nascitur § de pecul.& bonorū possessio.l.3.§. bonorū infra de bon.poss.& d.l. hęreditatis appellatio in.fin.&.l.rerum mixtura de usuca.

12 Secundo † responderi potest quod ius in corporale transit per traditionem rerum corporalium .l. restituta insta ad treb.& .§. restituta insti.de fideicom.hęr. itaque sicut per traditionem rerum hęreditariarum trāsit ius hęreditarium, ita per traditionem corporum & rerum in dote existētium dicitur transire ius vniuersale existens in dote, & ita tam dos quam alia quoque uniuersalia dari dicentur ita post Soc. respondet hic Saluio. nu. 140.

13 Tertio † & vltimo responderi potest q dato quod iura vniuersalia non dicantur dari tamen hoc non prouenit a qualitate vniuersalitatis, sed ab eo quia in iure consistunt quod in corporale est & tangi & sic dari nō potest.d.§.incorporales, vnde grex, populus, legio, equitium, armentum vniuersalia sunt, non tamen in iure consistentia, & dari possunt vt in.l. proponebatur de iudi.l.1.§. fin.de rei ven.l.si chorus.de leg. 3.l.grege.de leg. 1. cum itaque in dote cōsiderari possit ius quoddam, illud dari non poterit, quia nec tangi potest, at ea quæ in dote consistunt siue species siue quantitas sit, quia tangi possunt, etiam dari possunt & ita iura supra allegata procedunt.

14 Probatur † quarto quia in vniuersalibus extinctis corporibus adhuc remanet ius uniuersale ut in .l. hęreditas supra de peti. hęr.in.l. peculium 1.§. si ęre § de pecul. sed extinctis corporib. datis in dote etiā dos dicitur extincta.l.1.C.de iure dot.l.plerunque sup eo.ti.ergo dos nō ē ius uniuersale.

Stringo quia cum non conueniunt qualitates alicuius dispositionis nec conuenit dispositio vt not.in.l.4.§.toties de dam.infect. in.c.ex parte de concess.pręb.per Bar.in .l. 1.§. quid autem infra nequid in flu. pub. Natt.lib.2.cons.254.nu.2.Męno.lib.1.cōs. 2.nu.178.Curt.iun.cons.124.nu.xi. Paris. lib. 3. cons. 49. nu. 19. & cons. 59. nu.32.

15 Sed † & huic quoq; moriuo respōderi potest primo pcedere in iure vniuersali quod refertur ad iuris intellectum tantum, & potest absq; aliqua re coporea uel incorporea in esse produci. ut in d. l. hęreditas & in .l. hęreditatis appellatio de uer. sig. secus in iure uniuersali quod non potest in esse produci nec stare absq; re aliqua corporea uel incorporea quia tunc peremptis illis rebus per quas ipsum ius incorporale repręsentatur, ipsum quoque ius uniuersale perimitur; ut in vniuersitate hominum, & gregis habetur in.l.sicut.§.fin.supra quod cuiusq; uni.no.in.l.proponebatur de iud.& in .l. si grege.de leg. 1.atqui dos sine aliqua specie uel quantitate aut re alia in esse deduci nō potest ad no.in.l. 1.C.de dot.pmiss.& in.l. fin. C. de sent. quę sine cer. quanti.per Soc. hic nu.45.& seq.ergo &c.

16 Secundo † responderi potest quod dos constituitur ex duobus nempe ex voluntate constituentis, & ex corporibus in dote cōstitutis, ideoq, vno eorum sublato, (nempe corporibus) ad huc remanet dos pter aliud scilicet propter voluntatem constituentis ar.not.in.§.affinitatis Insti.de nup. & in.l.liberorum.§.1.supra de his qui not.infa.ita respondet hic Visita.nu. 103.

17 Tertio † etiam responderi potest cum Bolog.hic nu.208.quod arg.concludit per accidens nam etiam in vniuersalibus quando non est spes de superuenientia rei, extinctis corporibus ius ipsum extinguitur vt in l. sicut § quod cuiusq; uni. no. hęreditas enim est ius vniuersale.l.nihil aliud de ver. sig.ex corporibus constans .l.pecuniæ. 2.§. 1.eo.tit.& extinctis penitus corporibus ipsa quoque hęreditas dicitur extinguil.l. 3. §.fin.eo.tit.& ideo seruus non habet hęreditatē quia nullam rem habet super qua substineatur hęreditas .l. eius.§. 1. de testa. & d. l. 3.§.fin. & .§. sed & deditiriorum vbi not.insti. de liberti.

18 Nec obst. † quod ubi non conueniunt qualitates non conueniat dispositio. Quia respon-

respondetur illud procedere quando de ali quo agitur illius qualitatis respectu ar. l. si usufru. supra q. mo. usufru. amitta. l. tutelas. in prin. de capi. dimi. & l. pater. §. tusculanus de leg. 3. per Craue. cons. 202. nu. 3 t. signo. cons. 92. col. 3. Preterea eo ipso quod aliquando qualitas adfuit, non uitiatur dispositio licet qualitas postea cesserglo. in .c. statutum uer. canonicis de rescrip. lib. 6. Gigas responso 12. nu. 2. qa ex mutatione qualitatis rei substantia non perit. l. qualiter. §. inde infra de fideicom. li. l. si fundus. §. sires de pigno. Gomes. §. in personam nu. 15. de act. Ruyn. lib. 5. conf 114. nu. 7.

19 Probatur† quinto alia etiam ratione oam ius vniuersale aptum est iura & actiones comprehendere. l. hereditatis appellatio de uer. sig. l. cum heredes de acq. poss. & l. item uidendum. §. fin. de peti. her. & l. 1. infra de bō poss. dos autem non est huiusmodi; quia si datus sit fundus in dote nulla est apritudo que iura & actiones recipere possit, ergo dos non est ius vniuersale.

20 Sed† responderi potest primo cum Soc. nu. 43. quod hoc arg. supponit vnum falsum quod scilicet fundus datus in dote sit dos, & licet uerum sit quod fundus datus in dote non recipiat actiones ipsa tamen dos recipere potest, ut in simili uidemus quod in hereditate vna res non potest recipere actiones, & tamen hereditas recipere potest .l. pecunie 2. §. 1. de uer. sig. Capr. cons. 62. nu. 2. Gui. pa. q. 93. nu 3.

Ego clarius declaro hanc responsionem quia fundus datus in dote non est dos, sed est id qnod continetur in dote vt in. l. si ego §. dotis autem causa supra de iu. dot. dos enim est ius continens secundum Bar. & fundus in dote datus est res contenta in dote l. etiam. C. de iu. dot. Ruy. li. 5. cōs. 139. nu. 5. ideoqne differt a dote sicut contentum a continente prout declarat vaco. decl. 257. lib. 6. vnde licet fundus non sit aptus recipere iura & actiones, aptū tamen est ius quod est in dote, & sic dos ipsa que ius est, vt in diffinitione Bar.

21 Secundo † etiam responderi potest quod immo etiā dos est apta iura & actiones comprehendere immo ad hæc specialia iura habet vt in rub. & nigr. supra. & C. de iure do. & in. l. vni. C. de rei vxo. act. & in .l. pater. C. de pact. conuen. & in. l. si cum ea. & in. l. si pater & in. l. seq. C. de dot. promiss. & in. §. fuerat insti. de actio. & ideo etiam si fundus esset ꝓ dote promissus per actionem de dote maritus illum. (licet res singularis sit) consequi posset & so. ma. repeti posset. l. 3. de fun. dot. & l. 2. & per tot. ti. infra eo.

22 Tertio & vltimo † responderi potest ꝙ etiam particularia apta sunt iura & actiones comprehendere, nam titulus legati est particularis seu singularis ut in insti. de lega. in prin. & tamen in legato fundi etiam uia & sic ius ut in insti. de serui. in prin. legata censetur & in legato continetur ut in .l. seruum filij. §. fin. & in. l. si fundū sub conditione. §. qui fundum de leg. 1. & similiter in legato crediti ipsius testatoris actio continetur. l. legatum ita erat eo. ti. preterea etiam dos apta est actionem comprehendere etiam si in specie consistat, ut in funeraria actione probat tex. in. l. impensa. & in l. seq. supra de relig. & sump. fune. & in actione mandati aut negociorum gestorum pro impensis utilibus aut necessarijs in. l. uni. §. taceat uer. sed nec ob impensas. C. de rei uxo. actio. & propterea hoc fundamentum non probat hanc sententiam.

23 Probatur † sexto & vltimo quia ius vniuersale non potest nisi in pluribus rebus cōstitui .l. neratius de ver. sig. glo. in. l. de testatio in fin. eo. ti. & in .l. sicut. §. fin. supra quod cuiusq; vni. no. sed dos potest in vna tantum re veluti in vnico fundo constitui vt in. l. que fundum & in. l. si is qui sticū & in. l. cum in fundo. §. quod si mulier supra de iu. dot. ergo dos non est ius vniuersale.

24 Sed † huic quoq; rationi responderi potest primo negando assumptum cum Io. Bolog. nu. 212. nam hereditas est ius vniuersale. d. nihil aliud. & tamen in vna tantum re constitui potest ueluti quando defunctus domum tantum, uel vnum dumtaxat predium habebat, quam & quod solum in eius hereditate reliquit ut colligitur in. l. deducta. §. nummis iuncta glo. infra ad treb. & facit tex. in. l. regulariter in fin. & in .l. seq. supra de peti. her.

25 Secundo † responderi potest arg. procedere posse in vniuersitate corporum, seu (ut alij malunt) in vniuersitate facti: quia plura facta seu corpora & ad minus tria ad constituendam vniuersitatem requiruntur ut in d. l. detestatio in fin. & in. l. neratius de uer. sig. secus in vniuersitate iuris que etiam sine ullo corpore iuris intellectum habet ut in. l. hereditas supra de peti. he. & declarat Coras. in prealleg. l. qui liberos nu. 32. supra de ritu nup.

26 Tertio † etiam responderi potest quod licet fundus in se ipso sit res singularis, tamen eo ipso quod factus est dotalis efficitur res vniuersalis respectu iuris in eo contenti, nam cum dos sit patrimonium mulieris. l. 3. §. sed vtrum in fin. de mino. l. vni. §. & hoc ex rei uxorie. C. de rei uxo. act. & l. in rebus. C. de iu. dot. & patrimonium sit res vniuersalis l. cogi. in prin. infra ad treb. per Capr. cons. 72. nu. 23. & Crot. lib. 1. cons. 95. nu. 3. & 6. sequitur quod dos sit res vniuersalis

uersalis etiam si in vno fundo consistat qa omnia iura ad dotem pertinentia continet prout etiam decla. Vaco. lib. 6. decla. 257.

27 Contrarium † & affirmatiuam sententiā tenuit hic Bar. nu. 17. & seq. cum quo cæteri communiter transeunt, prout attestantur Bulg. nu. 1. Alci. 16. Parp. 30. Bolog. 200. & Soc. iun. 20. par. 3. & Coras. in l. frater a fratre nu. 95. licet ipse teneat contrarium supra de cond. inde. Eandem sententiam tenuit Igne. in l. dudum nu. 74. C. de contrahen. emp. Campeg. de dote par. 1. q. 4. n. 5. & seq. Nat. li. 4. cōs. 650. n. 7. & in l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto nu. 115 C. de test. Cepha. lib. 1. cons. 20. nu. 19. nec non Bal. Ang. Alex. Ias. Aret. Soc. & cæteri hic relati per Nicoñ. nu. 206. in locis de quibus per eum Soc. lib. 1. cons. 126. nu. 4. Rolan. de lu cro. dot. q. 20. nu. 4. & q. 100. nu. 4. & rursus pro cōmuni sententia Tolet. lib. communium opin. ver. dos. nu. 157.

Probatur primo in l. quod dicitur. 1. infra de impens. in rebus dot. fact. vbi impensæ necessariæ factæ dotis intuitu minuunt dotem, hoc est vniuersitatem dotis & non corpora contenta in dote, & sic ibi probatur dotem vniuersitatem esse & in se corpora rerum datarum in dote continere.

28 Ad idem † est tex. in l. 1. in prin. ver. impēsæ autem infra de dote prælega. vbi Vlp. inquit quod impensæ ipso iure dotem minuunt sed quod dicimus ipso iure dotem impensis minui non ad singula corpora sed ad vniuersitatem erit referendum, & sic etiā ibi dos vniuersitas appellatur & a corporibus in dote cōtentis est separata. Vnde etiā Nera. in l. si is qui stium §. quod dicitur supra de iu. dot. elegan. inquit quod dicitur necessarias impensas ipso iure dotem minuere, non eo pertinet vt si forte fundus in dote sit desinat aliqua ex parte dotalis esse sed nisi impensa reddatur aut pars fundi aut totus retineatur.

29 Et quamuis † Ias. hic nu. 34. in prima lectu. respondeat illa iura procedere quando aliqua vniuersitas fuit in dotem data veluti hæreditas peculium & huiusmodi, ex sententia Bal. in l. 1. infra eo. & in l. fin. C. de sent. quę sine cer. quant. Replicari tamen potest quod illa iura loquuntur simpliciter in dote & dotalibus rebus quarum appellatione tam vniuersales quam particulares comprehenduntur, arg. l. 1. in fin. supra si cer. pet. l. rei appellatio de ver. sig. in l. 2. C. de consti. pecu. & in insti. de rebus

30 corp. & incorp. per tot. Præterea † illę leges veniunt declaratiue ad legem primā §. in necessarijs infra de impēs. in rebus do. fact. vbi Vlp. inquit eas demum impensas necessarias dotem minuere quę in dote fa-ctę sunt, quod ad dotem non ad corpora referri debere in prędictis alijs iuribus declaratur, quę quidem declaratio cum nil noui faciat pręterquam quod declaratum exponat. l. hæredes palam. §. sed si notam vbi glo. infra de testa. Bal. in auth. atqui semel col. 3. C. de proba. Soc. lib. 4. cons. 23. nu. 19. Curt. sen. cons. 27. nu. 24. ideo sicut d. l. 1. §. in necessarijs loquitur simpliciter in dote quę tam in vniuersalibus quam in particularibus potest cōstitui, ita alię leges eā declarantes debent intelligi ne aliter lex interpretans ab interpretata dissentiat contra doctri. Bar. in l. nihil infra de coniung. cum eman. libe. & Crot. hic nu. 60.

31 Et quamuis † etiam alij dicant in dictis iuribus probari dotem vniuersitatem esse, sed non ius vniuersale esse, quod diuersum est. l. si grege. de leg. 1. l. si familia. supra de iurisd. om. iud. l. pronunciatio. §. familiæ. de verb. sig. & l. rerum mixtura de vsuca. Potest replicari in hac materia ius pro titulo capi ideoque paria esse dicere dotem esse ius vniuersale & dotem esse titulum vniuersalem ad not. in l. siquis diuturno supra si ser. vendi. in. c. cum nostris extra de concess. præben. & in clem. 1. de censi. Prę terea dici quoque potest hic principaliter dubitari an dos sit ius vniuersale vel particulare vnde respondendo quod est vniuersale, ius tacite subintelligitur quia dubiū de vno cætera omnia supponit habilia vt no. in l. qui testamēto de testam. in. c. 1. de æta. & quali. lib. 6. & in c. 1. de fi. præsbite. lib. 6. & responsio propositioni congruere debet l. 1. §. siquis simpliciter de ver. ob. & §. præterea inst. de inuti. sti.

32 Cæterum † huic motiuo potest disputādo responderi primo cum Alcia. quod in dictis iuribus vniuersum pro quodam toto integrali ponitur, & vniuersum idest totū quoddam integrale dotem esse determinatur pluresq; res dotales collectiue sumptas dotem efficere arg. l. etiam. C. de iure dot. Et facit id quod legitur in sacra pag. luc. 2. exijt edictum a Cæsare augusto vt describeretur vniuersus orbis. i. totus & facit etiā l. si vniuersæ. C. de lega. & in l. si fideicom. §. tractatum supra de iud. & hanc sequitur Vaco. decla. 257. lib. 6.

33 Secundo † responderi potest quod dum in dictis iuribus dicitur impensas necessarias non minuere corpora dotis, intelligi debet quod non defalcant pro quota seu ꝑ rata singula corpora in dote consistentia sicut falcidia singula legata defalcat sed bene minuunt dotem in vniuerso hoc est in totum impediunt iudicium dotis eiusque effectualem exactionem ac restitutionem per uiam retentionis totius dotis donec sol

uantur

uantur impensę vt expręssim habetur in d. l. si is qui sticum. §. sed quod dicitur de iu. dot. & ita respondet Bal. nouell. in. l. 1. nu. 8 infra eo. & Visita. hic nu. 75. & seq. qui etiã a morsibus sensens. tuetur ut per eum.

34 Tertio † etiam responderi potest illa iura loqui in vniuersitate corporum seu factę quę fit ex pluribus rebus datis in dotem & de quain l. 1 in fi. de rei ven. in. l. propo nebatur. de iudi. in. l. si chorus. de leg. 3. in l. si familia de iurisd. om. iudi. in. l. mortuo. de fideiusso. Et nō in vniuersitate iuris tantum seu mixta de qua loquuntur Bar. & doc. hic, & sic non probant dotem ius vniuersale esse

35 Probatur † secundo in. l. fina. C. de sent. quę sine cer. quanti. ubi nō ualet sententia incerta super dote quia non dicitur consta re iudici nec in vniuerso nec in particulari dotem datã esse, Iudex enim ibi dixit quod bo. fi. accepisti solue, & propterea ratione incertitudinis omnimodę non valet senten tia, secus si iudex dixisset dotem tibi datã solue, quia tunc sententia ualeret, secundũ Bat. ibi, licet ver. datam, ad prętensionem actricis, nō ad scientiam iudicis refetatur cu i non constat de quantitate dotis datę. & sic est ibi casus in quo sententia incerta respectu vniuersi non valet in iudicio vni uersali dotis, licet secus esset si incertitudo esset respectu rerũ particularium quę sub illo vniuerso continentur. ita dicit Bar. hic nu. 23.

36 Et si † diceretur ibi sententiam fuisse cer tã per relationem ad libellum in quo dos certa fuit petita arg. no. in. l. vt fundus. supra communi diui. in. c. licet hęli. extra de simo. & paria esse sententiã certam esse pse vel per relationem ad acta. ut no. in. l. si ita scripsero. de cond. & de. in. l. ait pretor. §. 1. de re iud. etiam si relatio tacite fiat glo. in l. quid tamen. §. pomponius de arbi. & in. §. curare ver. vel rei. vbi etiam Ias. nu. 36. Insti. de actio. per Ruyn. lib. 4. consi. 135. nu. 3. Potest replicari illud procedere in actis ꝓ batorijs pet quę iustificatur sententia, & nō in assertorijs prout est libellus vt in. l. pen. cũ glo. C. de sent. quę sine cer. quanti. & per Alex. hic nu. 31 & Soc. 40.

37 Cęterum huic motiuo † respōderi potest primo retorquendo ex quo ibi requiritur li quidatio quantitatis dotis ad finem obtinendi in iudicio dotis; ꝙ nō esset si dos ius uniuersale esset cũ in iudicio vniuersali in certitudo ratione generalitatis cãsa nō uiti et Bal. & Saly. in. l. cum propria. C si quis al te. uel sibi. Bar. & doc. hic.

38 Secũdo † respōderi pōt ibi nullo modo probari hanc sententiam cum nullum uer bum in eo tex. expręssum possit supra factę inductioni recte applicari & ubi deficiunt uerba ibi deficit dispositio. l. si seruum. §. nō dixit prętor intra de acq. hę. l. 4. §. totica de damn. infe. l. si uero. §. de uiro intra eo. & c. ex parte extra de concell. pręben. & c. in deminitatibus. §. pen. de electio. lib. 6.

Et licet illud ibi ponat Bar. Tamen eius authotitas est probabilis tantum & non ne cessaria ut habetur in. l. 1. sup si cer. pet. in l. si de interpretatione supra de legi. in. l. 1. C. eo. & in. l. 1. C. de protesso. qui in urbe Constantinopo. lib. xij.

39 Tertio † etiam responderi potest ꝙ immo ibi constabat de dote in vniuerso quia dos fuerat petita in genere, & incertitudo ibi causabatur a nominatione dotis in ge nere ar. l. ita fidei in prin. infra de iu. fi. & l. cum sticus de solu. quod quidem genus nō facit nominationem perfectam secundum Bar. in prima consti. cod. col. 1. cum sit ima ginatio quędam extra commercium nostrum Bar. in. l. 2. §. 1. nu. x. de uerb. ob. Dec. in. l. cum pro eo. nu. 67. C. de sent. quę pro eo quod int. & idcirco tex. ibi dixit pronũciatum fuisse ab eo qui extra ordinem iudi cabat dotem datam quę repeteretur non esse liquidam, vnde nimirum si ibi sententia incertitudinis ratione uitiatur, ad tradita per Spec. tit. de senten. §. qualiter uers. item debet ēē certa Mars. rub. C. de ꝓba. nu 389

40 Probatur † tertio ea ratione ꝙ in vniuer salibus fructus augent, eademque actione qua principale petuntur. l. item veniunt. §. fructus supra de peti. hęre. & l. 2. ver. fructi bus enim. C. eo. & l. non est ambiguum. C. fa. hær. & l. postulante. §. item quęro & l. ita tamen. §. t. infra ad Trebell. sed fructus do tis sunt huiusmodi vt in. l. si marito. §. fin. in fra eo. ergo dos est ius vniuersale.

41 Et si diceretur † fructus non augere do tem, sed actionem de dote glo. in d. §. fructus. Posset replicari per actionem de dote acquiri & exigi dotem l. 2. in prin. infra eo. l. in rebus. C. de iu. dot. l. vni. C. de rei vxo. act. & §. fuerat insti. de actio. & causam causę esse causam causati. l. manumissiones supra de iusti. & iur. l. quominus infra de flumi. l. & si amicis de adulte. nam propter quod vnumquodq; tale & il lud magis auth. multo magis. C. de sacros. ecc. cum concor.

42 Sed † huic motiuo responderi potest pri mo quod tunc fructus augent dotem cum sunt a muliere percepti ita loquitur tex. in d. l. si marito. §. fi. ubi dicitur mulierem mi nus recepisse fundum sine fructibus recipiendo vt ibi in vers. quia minorem dotem &c. quia fructus pars rei esse dicũtur. l. fru ctus de rei ven. Et sic nō ex ui & natura vni uersalitatis sed fauore mulieris in dote fru-

ctus

ctus augent, merito &c. l. ius singulare supra de legi. l. quod fauore. C. eo.

43 Secundo † responderi potest quod immo fructus dotis petuntur officio iudicis mercennario deseruiente ipsi bonę fidei actioni. l. qui per collusionem supra de act. emp. glo. 3 in. l. 4. C. de depos. Campeg. tract. de dote par. 1. q. 4. col. pen. in qua venit quicquid bonum & ęquum est venire . l. sed cel sus § de cōtrahē. emp. Bal. in d. l. fi. C. de sēt. quę sine cer. quāti. Campeg. ubi supra nu. 5.

44 Tertio † etiam responderi potest quod fructus non augent dotem simpliciter & absolute, sed dumtaxat ante contractum matrimonium & muliere uolente, tanquam additamēti causa eos dedisse cēseatur ut in . l. etiam . C. de iu. dot. & sic nec minus iure vniuersalitatis sed iure additamenti ar. l. 4. supra de iu. do. ita respondet Bal. nouell. de dote 2 par. nu. 6.

45 Probatur quarto † alia ratione nam in vniuersalibus pcium intrat loco rei . l. si & rem & precijs de peti. hę. l. labeo. 2. §. itē si dominus de ver. si. & . l. imperator. §. fi. de leg. 2. (in tantū ęgregie dixerit Host. summę authoritatis doc. in summa tit. de usur. §. fin. uers. quid si usurarius, quod si usurarius de pecunia fœnebri emat prędium illud que postea uendat & aliud eadem pecunia & precio emat, posterius prędiū ex precio d. uenditionis redactū, emptum censebitur fœnebre poteritq; à debitore à quo usurę primum exactę erant iure optimo reperi p ut refert Tiraq. omnino uidendus in tract. de retrac. conlang. §. 32. glo. vni. nu. 14. & seqq.) sed in dote precium est loco rei glo. in d. §. item si dominus, prout etiam in simili in donatione antenuptias res est loco rei. l. si donatę. §. si sponsus supra de dona. int. ui. & uxo. ergo dos ē ius vniuersale. .. Et si forte diceretur arg. procedere quādo ita ab initio fuit conuentum arg. l. ex pecunia. C. de iur. dot. Replicari posset item per ita cōuentum fuisse pręsumi nisi appareret contrarium ut in. l. ita constante & in l. si ex lapidicinis supra de iure dot.

46 Huic † tamen motiuo responderi potest primo speciale esse ut quando dantur in dotem res consistentes pondere numero & mēsura precium loco rei sit. l. res in dotem datę supra de iur. dot. & idcirco alias in materia dotis in contrarium esse ius commune. . l. ius singulare de legi. Et ita intelligi debere loquutam fuisse glos. in d. §. item si dominus ex quo allegat . l. res in dotem datę. & dictum doctorum intelligendum sit secundum legem quam allegant Bar. in l. non solum. §. liberationis uerba infra de libe. lega. & in . l. cum quidam infra de his quibus ut indign. Saly. in. l. si ex cautione. C. de non num. pecu. Ias. in. l. cum filiosam. nu. 129. de leg. 1.

47 Secundo † responderi potest atg. procedere cum utriusque partis nempe dantis & recipientis dotem consensus concurrit, & mulieris seu dotis interuenit utilitas, quod idem quoque esset in particularibus ut in. l. ita constante & in. l. res quę supra de iure dot. & in . l. si mulier supra de pac. dot. glō. in. l. ex pecunia C. de iu. dot. & sic in dote id non iure vniuersalitatis sed partium conuētionis est, quia generaliter traditum est aliud pro alio uolentibus partibus solui posse ut in. l. si ei nuptura supra de iure dot. & in. l. si rem alienam. §. omnis & . §. fin. supra de pign. act. & in. l. si quis argentū in prin. C. de dona. glos. & doc. in . l. a. §. i. sup si cer. pet. sicut & per contrarium quoq; dicitur aliud pro alio inuito creditore tradi non posse. vt in. l. si se nō obtulit. §. ait prętor, infra de re iud. in. l. pro missor §. fin. supra de consti. pecu. & in. l. item liberatur. §. qui paratus supra qui. mod. pign. uel hypo. sol.

48 Tertio & vltimo † potest responderi non ualere consequentiam quod in dote precium intrat loco rei, in vniuersalibus precium intrat loco rei, ergo dos est quid vniuersale, quemadmodum non ualet consequentia homo currit & equus currit ergo equus est homo, uel bos est quadrupes, asinus est quadrupes, ergo asinus est bos, tum quia ex duobus pluribusue separatis non tenet consequentia . l. uim passam. §. prę script tione tum glo. infra ad leg. iul. de adulte. & . l. fi. supra de calum. in fin. tum etiā quia conuenientia in accidenti uel in aliqua qualitate non propterea dicuntur conueniēre in substantia ex quo qualitas & accidens non dicitur attingere nec immutare substātiam. Bal. in. l. pen. ad fin. supra si cer. pet. in l. 2. in prin C. de bo. poss. secundum tab. Bero. in. c. Raynutius nu. 300. extra de testa.

49 sed † potest adesse uel abesse pręter substātię corruptionem secundum Porphi. lib. pdicabi. cap. de accidente Bal. in . l. 2. ad fin. C. quando prouo. non est necess. in . l. vniuersa . C. de preci. impe. offe. & in. l. hi qui. C. de app Ias. in. l. si quis in fundi uocabulo nu. 4. c. de leg. 1. Abb. fely. & doc. in. c. 2. extra de testi. veron. de interpreta. legis. cap. 2. uer. extensio passiua nu. 15. & propterea

50 † a qualitate ad substantiam non ualet argumentum ut no. in. l. si fundus . §. si res supra de pigno. in. l. qualiter. §. inde infra de fideicō. lib. in §. minus Insti. de hęr. quę ab inte. per Gomes. In. §. in persona in nu. 15. insti. de actio. & Ruyn. lib. 5. cons. 114. nu. 7. maxime quādo qualitas est seorsum à dispositione principali posita quo casu neq; qualificat dispositionem . l. regula . §. fina.

T supra

supra de iur.& fact.igno. Alcia. in .c. cum non ab homine nu. x. extra de iudi. Ceph. lib. 1.cons.5.in fin.

51 Et ex his † clare constat articulum esse subtilem difficilem ac disputabilem ut plerique hic attestantur, & scrib. oon sine causa in contrarias classes diuisos fuisse.

Pro cuius tamē resolutione ego sequor partem affirmatiuam, quam etiam tenuit Bar.in.l.si marito .§. fin.infra eo.& consulendo sequutus est Alex.lib.7.cons.141.nu. 17.& Bal.lib.3.cons. 1.nu.3.& Crot. lib. 3. cons.402.nu.15.& cons.418.nu. 7.& cons. 396.nu.7.& cons.376.nu.2.

Moueor primo qa de natura vniuersalium est accessiones & decessiones continere .l pecuniç.2.§.1.de uer.sig.l. peculiū de leg.3.per Capr.cōs.62.nu.2. Gui. pa.q. 93. nu.3.Roma.cōs.469.nu.4.Sed dos cōtinet accessiones & decessiones.l.vni.§. cūq; C. de rei uxo. ac. & .l. etiam ad fin.C. de iu.

52 dot. merito &c. Stringo † per arg. ab effectu quia cui cōueniunt effectus dicitur etiam conuenire dispositio no.in.l.rem nō nouam ad fi.C.de iudi.in.§.quorū in pem. insti.in.c.quatuor.12.q.2.Bar.in.l.constitutionibus infra ad muni. & Euer.in cent. in loco ab effectu, sed effectus vniuersalium cōueniunt doti, ergo dos est ius vniuersale.

53 Secundo † quia dos dicitur patrimonium mulieris .l.3.§.sed utrum in fin.supra de mino. l. vni. §. & hoc ex rei uxoriç .C. de rei uxo. ac. l. satis notum .C. in quibus caus. pign.ta.contraha.l. pompo. philadelphus. supra fami.her.Card.cons.111.nu.2. Abb. lib.1.cons.8 t.nu.1.Soc.lib.1.cons.9.nu.2. Rolan.de lucro dot.q.68.nu.5.patrimoniū est quid vniuersale sicuti hereditas, peculium, substantia & huiusmodi.l.nam quod §.fin.cum ll.seqq.infra ad treb.ergo dos est quid vniuersale.

54 Tertio † quia dos est pars & portio substantiç patris.l.fin.ibi pro rata portione utriusque substantiç,& ibi si uero & ipse substantiam idoneam, & ibi partem uel forte totam substantiam.C. de dot. promiss. sed substantia est q̄d vniuersale.l.cogi.in prin. infra ad treb.& sic etiam portio substantiæ & consequenter dos erit quid vniuersale cū totius & partis idem iuris sit ut no.in.l.quç de tota de rei uen.In.l.iurisgen. §. adeo. & in.l.si vnus.§.si cum sibi supra de pact. nec plus & minus specificam inducat differentiam Bar.in.l.fin.infra de fun.instru.

55 Quarto † quia dotale prçdium alienari potest per vniuersitatem.l.1.in fi. supra de fundo dot.&.l.quçdam infra de acq.re.do. quo fit ut quid vniuersale sit, alias enim si singulare esset non posset per vniuersitatē alienari, ex quo in non habentibus symbolum de facili non fit transitus.l.in rem §. item quçcunque supra de rei uen. l. papin. exuli.de mino.l.naturaliter.§.nihil commune infra de acq.poss.Bar.& doc.in.l.centusio in prima opp.infra de vulg.

56 Quinto † quia leges vniuersam dotem appellant ut in.l.bebius ibi vniuersam dotem petebat supra de pact.dot.& vniuersitatem, ut in .l. 1. in fine prin.infra de dote prçleg.ex quo sequitur dotem quid vniuersale esse, ut legis denominatio conueniat subiecto arg.l.ad recognoscendos. C. de ingenuis & .l. vni. C.de muta. nominis &.l.facta.§.in danda infra ad treb.&. §. est & aliud insti.de dona.

57 Sexto † quia vniuersū dicitur illud quod ex iure & corporibus consistit in hoc differens a generalitate quç corpora continere nō potest ut in.l.si chorus infra de leg.3.in no. Abb.& doc.in.c.ex literis extra de in patto.& per Bolog.hic nu.105.at dos consistit ex iure ut in rub.& nigr.supra &.C.de iure dot. & corporibus datis in dote ut in d.l. 1. de dote prçlega.in d.l.quod dicitur infra de impens. in rebus dot.fact.ergo est ius vniuersale.

58 Amplio primo hanc conclusionem † procedere etiam si dos in vno solo fundo esset constituta quia vniuersalitas iuris & corporum etiam in vno solo indiuiduo pręseruatur ut in.l.sicut .§.fin.supra quod cuiusque vni. no. in .l. si grege. de leg. 1. in.l.uel quę paterfa.supra de relig.& sump.fun.in.c. alti.dist.65.Bal. in .c. bonę. & in.c.nullus de elect.& in.c.nō potest de re iud.& in.c.dobus col.pē.de app.las.in.l.1.nu.26.de acq. poss.& in.l.2.§.appellata nu.xi. si cert. pet. & in.l.si mihi & titio nu.14.de leg. 1. & hic per Soc.nu.43.& Nicon.212.Sicut hereditas .l. licet minimam supra de peti. hę. Et peculium.l.peculiū nascitur supra de pecu.

59 Amplio † secundo intelligi dotem esse non solum ius vniuersale, verum etiam intellectuale secūdū Soc. hic nu. 45. qa nullum vniuersale perse habet esse nisi intellectuale, sed substantiam & essentiam suam habet in primis substātijs hoc est in indiuiduis quibus non existentibus impossibile est vniuersale remanere secundum Arist. in pręedica. substan. Euer. in cent. in loco a toto ad par.circa med. Vaco.lib.5.declara. 378.car.2.

60 Declaro etiam † hanc conclusionem intelligi primo dotē esse ius vniuersale, idest titulum vniuersalem ar.not.in.l.si quis diu tutno supra si cer. vendi.in.l. regulariter ibi & ta.l.nec ullam §.1.suprā de peti.hę.& in insti. de bon. poss. in prin. in .c. cum nostris de concess. prçben. & in c.ex .r. de cens. per Io. Bolog. super prçlud. tract.de differen.

ren. iut. & fact. nu. 5 t. & Ias. In .l. pompo nius. §. in dotem infra de acq. poss. & facit tex. iu. l. t. in prin. infra pro dote & in. §. hactenus insti. per quas perso. no. acqui.

61 Declaro † secundo intelligi dotem esse ius scilicet dispositum & non disponens, licet sit ius continens & non contentum iuxta doctri. Bar. in. l. 2. §. quod obseruari nu. 29. C. de iura. calum. Cyn. & Petr. in. l. 2. C. quę sit lon. consue. Bolog. de multipli. diffe. iur. & fac. in prin.

62 Declaro † tertio intelligi dotem esse ius vniuersale idest totale secundum Alcia. & Vaco. decla. 257. lib. 6. & probatur in. l. fundus mihi cõmunis iuncta glo. supra fami. hęr. ubi vniuersitatem prędij totum prędium expouit glosa & in. l. bebius ibi vniuersam dotem petebat, & ibi utique totam dotem esse, supra de pact. dota. ubi totam dotem appellat quam superius vniuersam denuncupauerat.

63 Declaro † quarto procedere ex parte mulieris tantum cuius intuitu dicitur patrimonium d. l. 3. §. sed utrum de miuo. d. l. vni. §. & hoc ex eei uxoriæ. C. de rei uxo. ac. & . l. si fideicom. §. tractatum supra de iudi. cũ eon cor. de quibus supra, secus ex parte mariti qui dotem consequitur ex contractu titulo singulari ut in. l. cum dotem. C. de iu. dot. Bar. in. l. re coniuncti de leg. 3. Aquens. hic nu. 18. & Visi. 119.

64 Declaro † quinto procedere tam constãte matrimonio quã eo soluto ante dotis recuperationem quibus temporibus dicitur proprie dos & per consequens ius vniuersale esse vt supra in. 4. & . 5. q. diximus, secus so. ma. & recuperatione facta quia tunc nõ dicitur amplius ꝓprie dos nec eo respectu ius vniuersale esse. l. 1. §. pen. infra pro dot. l. fin. §. sicut C. de don. ante nup. cum qualitas fine subiecto esse non posit. l. pen. supra si cer. pet. l. 4. de act. emp. l. fiu. de colla. bon. Sed quia non definit eo tempore patrimonium mulieris appellari, & patrimonium quid vniuersale est. d. l. nã quod §. fin. cum ll. seqq. ideo ea de causa poterit etiam facta dotis recuperatione ius vniuersale appellari.

65 Declaro † sexto dici ius vniuersale id esse quod continet uel aptum est continere vniuersalitatem iurium actiue & passiue ut hęreditatem, peculium, & similia. l. pecunię 2. §. 1. de uer. sig. & . l. peculium nascitur supra de pecul. Bar. & doc. in. l. si is qui ducenta. §. utrum nu. 6. de rebus dub. Bal. Nouell. in. l. 1. nu. 5. infra eo.

66 Limito † etiam supradictam conclusionem non procedere primo quando in dote nil est constitutum adeo ut illud ius vniuersale in aliquo nõ sit reprędentatiuum nec significatiuum. l. plerũque in fin. supra de iu. dot. per Soc. hic nu. 45. & seq. & Bulga. 5. cũ enim qualitas sine substantia esse non possit. l. pen. supra si cer. pet. Bal. in. l. 1. C. de usuca. pro dot. Rolan. lib. 3. cons. 58. nu. 9. ideoque qualitatem probare uolens prius substantiã probare teneatur Bal. lib. 2. cõs. 131. uisis. Dec. in. l. pen. §. fi. nu. 6. si cer. pet. & in cons. 508. nu. 5. Craue. cons. 21. nu. 5. ubi non est dos nec quicquam in de te constitutum ibi nec ius vniuersale esse poterit.

67 Limito † secũdo nõ procedere respectu translationis & acquisitionis dominij quod in vniuersalibus fit absque traditione ut in auth. ingressi. C. de sacros. eccle. in. l. t. cũ ibi not. supra pro Soc. per Bat. in. l. traditionibus. C. de pact. & glo. in . l. & ideo supra de cond. furti. Bar. & doc. in. l. si ager. de rei uend. in dote uero requiritur traditio. l. de diuisione infra eo. Bal. nouel. in. l. 1. nu. 277 infra eo. Saluio. hic nu. 139. nisi fauore mulieris so. ma. dotem recuperantis ut in. l. in rebus. C. de iu. dot. per Bal. nouel. ubi supra proxime & supra nu. 4. diximus.

68 Infertur † ex supra firmata cõclusione in practica quod cum dos sit ius vniuersale, ualebit libellus generalis quo dos vniuersaliter petitur, & etiam sententia conformis libello ꝓlata iuxta tradita per glo. & doc. in. l. 1. in prin. supra de eden. & in. c. 2. extra de libelli obla. Bar. in. l. ait ꝑtor. §. 1. in fi. infra de re iud. & Bar. & doc. hic vbi pro communi sententia Rip. nu. 47. Ruyn. 86. & Io. bolog. 229. Idem Ruyn. lib. 5. cõs. 133. nu. 17. Mates. not. 120. no. quod dos

69 Pro qua † quidem illarione primo facit tex. in. l. 3. C. de do. promi. vbi promittens dotem soluere arbitrio suo intelligitur promittere arbitrio boni viri soluere, & sic nõ obstante incertitudine substinetur prout et in. l. cum post. §. gener. supra de iu. do. vbi ꝓmissio dotis generaliter facta arbitrio boni viri censetur facta qui pro modo facultatum & dignitatis ac. qualitatis partium arbitrari debet per Mars. in rub. C. de proba. nu. 450. prout etiã de iudice dicit glo. no. in l. tam de mentis C. de ep. au. in. l. 3. in prin. & §. 1. supra de testi. per Ias. in rep. l. admonendi. nu. 272. de iureiur.

70 Secundo † facit tex in . l. fin. C. de sent. quę sine cer. quanti. ubi ꝓpter solam generalitatem ibi non vitiatur sententia secũdum doc. ibi & Mates. d. not. 120. ita nec libellus qui cum sententia debet esse concordans vt in. l. vt fundus supra communi diui. & in. c. licet hęly extra de simon. & eiusdem iuris regulis niti iux. not. in. l. si pręses infra de pęnis in. l. fi. C. de fideicom. liber. per Euer. in cent. in loco a sententia ad libell. per tot.

71 Tertio† & vltimo facit sing. docti. Arch. in.c.sunt nonnulli.1.q.1.vbi notan. inquit quod quęlibet dispositio quantumcunque incerta ex ęquitate can. substinetur & boni viri arbitratu est declaranda. sequitur Bal. in.l.qui mutuam.§. Salarium in lectu.anti. supra mād. Alex.in.l.1.col.4.infra eo. Abb. in.c.ex parte nu.5.extra de censi. Fely. in.c. 1.col.3.de pact. Dec. in.c.ad hęc col.2. de rescrip. & in cōs. 182.col.2.Mars. not.223. nonnulla & pro famoso & singulari dicto Ias. in.l. ita stipulatus nu.13. & in.l.triticū col.1.de ver.ob.

72 Amplio † hanc illationem primo procedere etiam in iudicio particulari parte non opponente quia etiam in illo libellus seu talis qualis petitio generalis admittetur ut in.l.fin.C.de anna.excep.glo. & doc.in.l.1. in prin. supra de eden.in.l.edita.C.eo.Cano.in.c.abbate sane.de ver.sig. fulg. Ias. & doc.in.l. cum quid supra si cer. pet. Paris. lib.4.cons.67.col.1. Alex.lib.4.cōs.32.col. 3.& Ias.hic lect.1.nu.38.Pont.83.& pro regula Rip.50.

73 Amplio † secundo procedere etiam in libello seu petitione legitimæ Bal. in.c.conquerente. col. fi. extra de offi. ord. Bal.Ias. & doc.in.l.si quis in suo.in.4. not.C. de inoffi.te.Coras.in.l.qui liberos nu.47.de ritu nup. Fabian. in auth.nouissima nu. 77. C. de inoffi. te. Ias. hic lectu.1.nu.38. & Rip. 51. de dote enim ad legitimā bene tenet argumentum. Bar. in.l. titio centum.§. titio genero.infra de cond.& demon. ideoque sicut in iudicio dotis admittitur libellus generalis, peto dotem, ita debet etiam admitti in petitione legitimæ; quę cum sit quota omnium bonorum difficilius specificari potest.l.papin.§.quarta supra de inoffi. te. & pro communi Tolet.lib. cōmunium opin. ver.legitima.nu.56.

74 Amplio † tertio procedere etiam in iudicio petitionis hęreditatis vt in.l.4.supra de peti.hę.quod etiam ipsum iudicium vniuersale dicitur.l.1.in prin.supra de rei ven.l. si quis libertatem &.l.item videndum.§.fin. supra de peti.hę.licet interdum etiam pro re particulari competat vt in.l. licet supra de peti.hę.Spec.tit.de tuto.§. fin. col. pen. Maran.de ord.iud.4.par.7.distin.nu. 8.

75 Amplio † quarto procedere etiā in iudicio attentatorum. Abb.& doc. in.c. consuluit.2.extra de app.quod etiam alias est priuilegiatū. Dec.in.c.ex parte 2.nu.22.extra de rescrip.Rot.dec.2.de resti.spo.in no.nec terminorum obseruationem exposcit Rot. dec.78.de app.in anti.Bellem.dec.101. vt lite pen.

76 Amplio † quinto procedere in quolibet summario iudicio Bar.in extrauagan.ad reprimē.ver.figura.tit.quomodo in crim. lęsę ma.proce.in vsi.feu.Maran. de ord. iud.6. par. prin. tit. de libelli obla. nu. 16. & in. 4.par.prin. ix. dist. nu.12. & seq. Quod est notan. hic perusię vbi tā in causa dotis quā in alijs fere semp agitur sūmarie ex forma statutorum lib. 1. de summa. cogni. rub.3. ideo iuris apices non custantur. Barb. cons. 31.par.1. Soc. cons. 24. ad fin. lib. 1. Natt. cons.521.nu.3.lib.3.

77 Amplio † sexto procedere generaliter in quocunque iudicio in terris ecclesię in quibus seruatur ius cano.vt no.in.l.priuilegia. C. de sacros.ecc.in.c.cum esses de testa. in c.1.de no.ope. nun. in .c. per venerabilem extra qui filij sint legi.in.c.2.de arbi.lib.6. & pro communi Curt.iun.cons.136. nu. 4. & Tolet.lib. cōmunium opi. ver. contrarietas nu.195. ex illa generali canonica ęquitate de qua per Arch.in.c. sunt nonulli.1. q.1.Bal.in.d.l.qui mutuam.§. salarium. & alios supra nu.71.ad hoc allegatos.

78 Declaro † etiam prędictam conclusionē primo procedere dummodo libellus sit certus ratione vniuersi, licet ratione quantitatis vel speciei sit generalis & incertus vt in l. fin.C.de seur.quæ sine cer. quanti.secundum Intell.Bar.& sequacium hic de quo supra nu.39.Bal.nouell.de dote par.2.col. 2. Io.Campe.de dote par.1.q.4.in fin.

79 Declaro † Secundo procedere dummodo postea in processu saltem exequutiuo liquidetur vt inde sententia certa possit exequutioni mandari iuxta not.in.l.ait prętor §.si pretor de re iud.& in.l.3.C.de sent.quæ sine cer.quanti.glo.Ias.& doc.in.§.curare. Insti.de Actio.Bal. nouell. vbi supra nu. 2. Alex.lib.2. cons. 187. in hac causa col. 2. Ruy.lib.5.cōs.35.nu.5. Fabian.in.d.auth. nouissima nu.77.C.de inof.te.Vant.de nullI. sent.ex defe. process.nu.102.Soc.hic nu. 42.Pont.83.& Rip.52.

80 Declaro † tertio procedere quando dos ciuiliter peteretur, secus si criminaliter forte propter mulieris delictum vt in .c. plerunq; de don.int.ul.& vxo.& not.in rub. extra de iudi.& in rub.C.de eden. quia tunc libellus certus & specificus esse debet ex quo in criminalibus incertitudo omnino reijcit libellū.l.libellorum vbi Bar. de accus. Bal.in.l.1.C.de confess.Ias. in .§. curare ad fi.de act. Alex.lib.1.cōs.72.col.pen.& li.4. cōs.32.col.4.Dec.cōs.83.nu.2.Gerar.sing. 4.nu.17.Mars.not.348.libellus.

81 Declaro † quarto procedere dummodo tanta non sit generalitas, obscuritas, & incertitudo vt reus deliberare non possit an velit cedere vel contendere iuxta ea quę tradit Alex. lib.2.cōs.182. lectis col.& per Maran.de ord.iud.6.par.prin.tit.de libelli obla.

obla. nu. 16. & faciunt no. in .l.1. in prin. supra de eden.& In.l.edita.C.eo. per Dec. in.c.dilecti.nu.65.extra de iud.in.c. pastoralis nu. 40. de excep. Ruyn. lib.4. cons. 162.nu.13.

82 Declaro † quinto procedere quo ad admissionem libelli ne vt generalis & ineptus reijciatur Abb. Dec.& doc.in d.c. dilecti.Bar.& doc.in .l.1.§. siquis argentum supra deposi.l.sirem in fin.de rei ven.& in .l. actione de furt.Bal.in.l.2.col.1.C.de sent. quę sine cer.quanti.Bal.nouel.in.l.1.nu. 2. &seq.infra eo.

83 Declaro † sexto procedere in libello porrecto coram iudice iure communi iurisdictionem habente secus si coram illo cui aliquo casu speciali iurisdictio competit nã corã eo libellus generalis debet declarari, & etiam parte non opponente non procedit Ang.in cons.6.col.1.Alex. d.cons.72.& in d.cons.32.col.4.& Dec.in.d.c.dilecti.n.67

SVMMA RERVM CAPITA

1 Dos an detur propter matrimonij onera substinenda. De veritate nu.39.

2 Pactum inter coniuges quod vir fructus dotis habeat mulier onera matrimonij substineat non valet & nu.45.& seq.

Intell.l.si pater mulieris supra de iu dot. & seq.

Votum captandę mortis cessat cum is de cuius bonis agitur pręsens & consentiens est.

4 Pactum non valet vbi subiectum deficit

Actus incipere non potest eo tempore quo finiri debet.

5 Actus inualidus perueniens ad eum casum aquo incipere non potest,non conualidatur

6 Intell.l. dotis fructus supra de iu.dot.& nu. seq.

7 Mulier fauori suo renunciare non potest quando de publica vtilitate agitur.

8 Hominis dispositio facit legis dispositionē cessare

Volenti non fit iniuria

9 Arg.a contrario sensu non procedit ad legis correctionem

10 Æquitas specialis tollit generalem. Et duo contraria possunt ambo ęqua esse

11 Intell.l.si conuenerit 2.in prin supra de pac.dot. & nu.seqq.

Idem operatur propositum in proposito quod oppositum in opposito

12 Arg.a cõtrarijs procedit in contrarietate facti, non iuris. Decla.nu.14.

13 A verbis narratiuis non licet arguere ;maxime quando in decisione reprobantur.

16 Intell.l.assiduis.§.oportebat.C.q potio.& nu seq.

17 Pactum contra substantiam actus non valet

18 Vxor constante matrimonio improprie dicitur dotem possidere

Maritus cõstante matrimonio dominus dotis est, licet ex fructibus vxorem alere teneatur

19 Alimentis non potest renunciari quando renuncias non habet aliunde se alat

20 Mulier artifex ex suo artificio, possibile est, vt viuere possit

21 Intell.l.4.in fin.supra de pact dot & nu. seqq.

Vbi est casus legis ibi omnis cessare debet dubitatio

22 Maritus conuertendo fructus dotis in dotem dicitur in eo substinere onera matrimonij

23 Mulier potest iure dotis fructus habere & matrimonij onera substinere.

25 Intell.l.fin in prin.infra de doli excep. & nu. se.

26 Qui summouetur dumtaxat a petitione vsurarũ supponi debet dotem habuisse.

27 Fructus dotis cum matrimonij oneribus compensantur

28 In verbis narratiuis super quibus nil est decisũ non potest fundamentum fieri

29 Scribens per errorem sibi non pręiudicat

Rusticus ab ignorantia iuris solet excusari,maxime quando non potuit peritiores consulere

30 Dos modica,dos est.De veritate nu 32. & seqq.

Seruus pusillũ peculiũ habens peculiatus dicitur

Modicum scandalum, scandalum dicitur

Speciale quandoq; fit gratia mendacij euitandi, alterumq,non fallendi

Mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi.

31 Specialitas, fauor, & priuilegium sine alterius iactura solet induci

32 Authoritas Bal.est probabilis & non necessaria & in disputando parum curanda.

Authoritas glo. in uia disputatiua est parum curanda.

Dubia opin.doctorum non potest ad decisionem allegari.

33 Plus & minus in his quę iuris sunt specificam inducit differentiam

Dos est quid iuris

Dos congrua debet legitimę ęquipollere

34 Nudum nomen non redarguit iuris effectum

Argum. a ui nominis non ualet.

Declaratio doctrinę Bal.in.c. si proponente de rescrip.remissiue

35 Pactum quod mulier substineat onera matrimonij valet.

Maritus fructus dotis habet ex legis dispositione & quandoq; ex vxoris consensu

36 Intell.l.siquis pro uxore.§ fin. de don. int.ui.& uxo.& nu.seqq.

Societas leonina non ualet & nu.46.

38 Pactum habens causam onerosam inter coniuges valet.

39 Dos regulariter ꝓpter onera matrimonij datur siue fuerit ante contractum matrimonium constituta, siue postea aucta nu 40.

41 Dos in certa boni uiri arbitratu declaratur, nec incertitudine uitiatur.

Alienatio rerum dotalium a marito inope fieri non potest etiam muliere consentiente

Non

43 *Non valet actus per quem dos eximitur a seruiendo oneribus matrimonii*
44 *Dos non seruiens oneribus matrimonij nulla est.*
45 *Tria requiruntur ut maritus iure fructus dotis consequi possit*
46 *Matrimo potest esse sine dote, licet raro eueniat*
Raro contingenti raro iura aptantur
47 *Dos ex parte uxoris sine oneribus matrimonij esse potest.*
Intell. l. si is qui Stichum §. 1 supra de iu. dot.
48 *Declara. quare dicatur dos dari propter onera matrimonij.*
Dic. propter causam remotam significat
49 *Dos nō datur pro oneribus matrimonij putatiuis*
50 *Intell. l. cum pater & l. conuenire & l. de die supra de pact. dota.*
Non ualet pactum quo ius ci. impugnatur.
Nec quo fit deterior conditio dotis
51 *Pactū donationē sap. ēs inter coniuges reprobatur*
52 *Pactum quod sponsus habeat fructus dotis & sponsa substineat onera matrimonij non ualet*
Donatio inter coniuges ualet quando effectus confertur in tempus soluti matrimonij & nu 53
53 *Pactum contra leges inter coniuges non ualidatur iuramento de iure ci secus de iure cano.*
Iuramentum semper est seruandum de iure cano. nisi uergat in dispendium salutis ęternę
Donatio inter uirum & uxorem firmatur iura. de iure cano.
54 *Pactum inter coniuges quod uir habens fructus dotis eos conuertat in dotem, & mulier substineat onera matrimonij ualet.*
Idem quādo mulier a viro fuit aliter compēsata nu. 55. Vel quando fructus dotis essent adeo tenues ut nulla eorum esset habenda ratio nu. 56.
56 *Parum & nihil ęquiparantur*
Ex modica dote nō acquiritur iuspatronatus Eccl.
Leuis febricula non dicitur febris, nec vulnusculum dicitur uulnus.
57 *Pactum q uir habeat fructus dotis, & uxor subeat onera matrimonij ualet, quando uir alteri contemplatione uxoris restituere tenetur.*
Maritus non dicitur fructus recepisse si eos alij restituere tenetur.
58 *Valet pactum inter coniuges quod uir so. ma. fructus aliquos dotis habeat licet matrimonij onera cessent.*

QVÆSTIO DECIMAQVINTA

1 SECVNDVM † quod reuocatur in dubiū ex dictis sup dissinitio. Bar. est verum sit generaliter & indistincte verum Dotē dari ꝓpter onera matrimonij substinenda adeo vt non valeat pactum inter coniuges quod vir habeat fructus dotis & mulier substineat onera matrimonij?

In quo quidem articulo duę sunt & contrarię scriben. sententię, alteram enim & negatiuam quod tale pactum non valeat inter coniuges constante matrimonio & sic quod dos actualiter & indistincte pro oneribus matrimonij deseruire debeat tenuerunt Bal. in. l. pactu in fi. C. de colla. Imol. in. l. si socer. §. lucius infra eo. & hic Alex. nu. 34. Roma. 44. lectu. 2. Ias. 22. lect. 1. Crot. nu. 84. Soc. Iun. 8. par. 3. & pro communi sententia Rip nu. 54.

2 Probatur primo † hęc opin. per tex in. l. si pater mulieris supra de iure doț. vbi non valet pactum quo dos post mortem mulieris est soluenda quia oneribus matrimonij seruire non potest, ergo pari ratione pactū de quo agimus valere non debet, ex quo oneribus matrimonij fructus dotis deseruire non possunt. Et si diceretur ibi speciale esse propter euitandum votum captandę mortis arg. no. in. l. fin. C. de pact. & in. l. de fideicommisso. C. de trans. Replicari posset non dici votum captandę mortis inducere pactū quo ille de cuius bonis aut hęreditate agitur pręsēs & cōsentiēs est vt in. d. l. fi. & in. d. l. de fideicō. cū volēti nō fiat iniuria. l. 1. §. vsq; adeo. de iniur. vnde nec donatio causa mortis ea de causa infringitur sed ōnino substinetur & approbatur a iure l. 1. & per tot. ti. infra de dona. causa mor. & inst i. de dona. in prin.

3 Cęterum † huic motiuo potest disputando responderi primo quod ibi dos nec destinatione nec actu oneribus matrimonij seruire poterat quia erat dirempto matrimonio soluenda, hic autem licet non actu tamen destinatione bene dicitur seruire, & ideo non dicitur nulla. l. 1. §. 1. infra de colla. dot. & ita inter cęteros respondet hic Bolog. nu. 186.

4 Secundo † potest responderi quod ibi origo dotis confertur in tempus quo res ipsa idest dos debet extingui ideo pactū nō valet. l. iulianus supra de iu. dot. l. tirio cum morietur supra de vsufru. l. 5. de vsufru. leg. & l. quod sponsę. C. de don. ante nup. ex subiecti defectu arg. tex. in insti. de inuti. sti. in prin. & §. 1. & in. l. inter stipulantem. §. sacram. de ver. ob. p Humber. in aush. sacra. puberum nu. 58. C. si aduer. ven. hic vero solum exactio fructuum impeditur, quod a iure non improbatur vt in. l. iulianus vbi etiam Bar. supra de iure dot. & in. l. tirio cū morietur vbi etiam glo. supra de vsufru. & in. l. hęres. §. quamuis. j. de cond. & de. & in dicta. l. quod sponsę. C. de dona. ante nup.

5 Tertio etiam potest responderi † quod ibi actus ab initio erat imperfectus quia fa-

cta

sta promissio dotis quę sui natura deserui re debet oneribus matrimonij.l. pro oneribus.C.de iu.dot.l.dotis fructus supra eo.ti. & tamen nunquam tradita nec tradēda sub stinenti onera matrimonij ex pacto patris, ideoq; so. ma. perueniens ad eum casum a quo incipere non potest, non conualidatur iux.no.in.d.l.inter stipulantem.§.sacram.ff. de ver.ob.& in .l. pro parte ubi Bar. supra de seruitu.

6 Probatur † secundo in.l.dotis fructus supra de iu.dot.ubi dicitur ęquum esse maritum pro oneribus matrimonij fructus dotis habere, ergo iniquum maritū dotis fructus habere, mulierēq; onera matrimonij substinere arg.l.secūdum naturam de reg. iur. l. in insulam.§.vsuras infra eo.&.c.qui sentit de reg.iur. lib.6. Et cum ibi ęquitas sit scripta in lege pręferri debet rigori etiā contrario si rigor in contrariū forte scriptus reperiretur ad no.in.l.placuit .C. de iu di.in.l.si eibi supra si cer. pet.in.l.si tibi de de dona.& in.l.2.C.de piguo.

7 Et si † quispiam diceret mulierē renunciare posse iuribus disponentibus uirum ex fructibus dotis debere matrimonij onera substinere,cū quilibet fauori suo ualeat renunciare .l. pen.C.de pact.l. si iudex supra de mino.l.fin.§.pen.ad Vellea.& .l. si quis in conscribendo .C. de epi. & cler.

Replicari poterit illud non procedere in materia dotis de qua loquimur cum in ea concurrat publica & priuata utilitas simul .l. r. infra eo.l. r.& seq.supra de iu.do. quo casu fauori suo nemo potest renunciare ut in.l.debitorum supra de pact.dota. in c.1.de iura.calum.lib.6.glo. & doc.in.c. si diligenti. extra de fo.compe.& per Bar. in tract.alimēto.nu.34.& Soc.reg.339.nu. 5. & eum pręterea fructus dotis non solum pro substētatione vxoris cōstituantur.l.assiduis §.oportebat C.qui potio.in pign. ha. uerū etiam pro substentatione filiorum.l.ubi ad huc .C. de iu.do.ibi tam id: quam mariti & filiorum &c. ideoq; illi fauori cum alijs communi sola mulier in pręiudicium aliorum renunciare non possit.l.a.infra de lib. causa.doc.in d.c.si diligenti.

8 Verum † huic motiuo responderi potest primo quod dispositio hominis facit dispositionem legis cessare .l.fin.C.de pac.cōuen.Bal.in.l.2.supra de arbi. Iasin.l.2.nu. 147.C.de iu.emphi.ideoq; si mulier paciscendo consentiat uirum habere fructus dotis absque onere, pactum ualebit quia (ut etiam supra dixi) uolenti nō fit iniuria.l.r. §.usque ad eo. infra de iniur.neque iuri publico fit derogatio uel aliquod detrimentum filijs ex quo onera matrimonij nihilominus ex pacto substinentur & non fit curandum de modo quando habetur effectus ut no.in.l.si mater .C.de institu.& in.l.gallus .§.quid si is de iibe.& po.

9 Secundo † responderi potest hunc tex. ut supra inductum non probare hanc opinionem directo sed a cōtrario sensu.quod quidem argumen. non procedit quando ex eo sequeretur correctio iuris glo.in.c. significasti extra de fo.compe.& in.c.vni. de ęta. & quali.lib.6. & in clem. r.ver. obseruare de sent.excō.Abb.in.c.a nobis.2.extra eo. doc.in.l.1. in prin.supra de offi.cius.prout in casu nostro in quo sequeretur correctio l.4.supra de pact. dota. & similium iurium pro contraria parte disponentium de quibus infra in secunda & contraria opin. nu.2 r. & seqq.

10 Tertio † etiam responderi potest quod licet ęquū sit virum ex fructibus dotis substinere onera matrimonij debere, tamen ęquū quoq; est pacta inter coniuges esse seruanda.l.1.in prin.supra de pact.l.r. supra de consti.pecu. &.c.r. extra de pact.possūt enim duo contraria ambo esse ęqua vt in.l. exigendi. C.de procura.Comes. in rub. de de act.nu.5.at quando sunt duę ęquitates, vna generalis altera specialis, specialis pręfertur generali ut no. in.l. r.C. de legi. per Bar.in.l.si is qui pro emptore.q. vlt. ad fi.intra de vsuca.Bero. in rub.extra de pręscrip.nu.r2.in casu nostro ęquitas quę est pro obseruantia pacti est specialior quam ea quę est in.d.l.dotis fructus,cum illa omnibus sit communis & a lege generaliter promulgata ar.l.leges C.de legi.ista vero sit inter coniuges paciscentes dumtaxat communis, merito ista pręualere debet & alteri pręferri,in toto nanque iure generi per speciem derogatur .l.in toto intra de reg. iur. & reg.generi lib.6.cum sim.

11 Probatur † tertio in.l.si conuenerit.2. supra de pact.dot.in prin. vbi non valet pactum quod vir substineat onera matrimonij & fructus dotis restituat, ergo ita e conuerso non debet valere pactum quod maritus retineat fructus dotis & non substineat onera matrimonij per argum.a contrarijs quia idem operatur propositum in proposito quod oppositum in opposito ad not. in.l.fin.§.fi.de leg.3.in.l.& si contra in fin. de vulg.&per Bal. in.l. conuenticula.C. de Episco.& cle. doc. in rub. de acq. poss. & Euer.in centu.in loco a contrarijs in prin.

12 Et si † diceretur argum.a cōtrarijs seu oppositis procedere in contrarietate facti & nō in contrarietate iuris.l.r.§.fi.de ver.ob. & §.interdū uer.per contrariū insti. de hęr. quę ab inte. Replicari posset argumentum supra inducl per locum a contrarietate facti qa primo casu vir substinet onera matri-

matrimonij & restituit fructus dotis; secundo casu vir retinet fructus & nõ substinet onera quę õnia in facto cõsistunt.arg.l.2.in prin. de ver. ob. & q̃a ex facto ius oritur .l. si ex plagis.§.in cliuo. sup ad leg.aquil.& in vtroq;casu est eadem ratio quod eius estieq commoda quem sequuntur incommoda & & econtra.l.secundum naturam de reg.iur. cum cõcor.de quibus supra ideirco in vtro que quoque casu eadem esse debet iuris dispositio arg.l.fin.C. de fructi. & lit. expens. & .l.illud ad leg.aquil. per glos.in clem.si. de spp.& scrib.j. in rub. de acq.poss.

13 Huic motiuo † responderi potest primo quod in.d.l.si conuenerit in prin. sunt verba narratiua, quia ibi referũtur verba Marcelli iurisconsulti quę postea corriguntur a Vlp.illius legis authore, in vers.ego vtrobiq; arbitror &c. Et a verbis narratiuis non licet arguere.glo. & doc. in .l. vni.C. quando non peten.pat.in.c. auditis ad fin. extra de electio.& in.c.1.de rerum permu. lib.6.maxime quando deinde in decisione (vt ibi) sunt reprobata vt inquit Fortun.in tep.l.1.in prin.nu.27.in fin. supra de pact.

14 Secundo† responderi potest argum.a cõtrarijs non valere quo ad positionem, quia posito vno contrariorum non sequitur positio sed bene destructio alterius contrarij Paul.Castr.in.l. si inter infra de excep. rei iud.Rot dec.1.de testibus in no.vnde posito quod maritus restituat fructus dotis ex conuentione a iure reprobata& subeat etiã onera matrimonij, nõ tamen sequitur positio eius cõtrarij quod scilicet non valeat pactum quod vir habeat fructus & non substineat onera matrimonij per supradicta.

15 Tertio & vltimo † responderi potest retorquendo illum tex.dum rejecta sententia Marcelli in fine determinat valere pactum inter coniuges vt maritus fructus dotis conuerteret in dotem & mulier se suosque aleret tueretur ue, & vniuersa sua onera expediret vt ibi in vers.& quid dicemus si tale pactum &c.maritus enim conuertendo fructus dotis in dotem sibi tunc acquirit, maiorem sibi dotem constituendo & forte lucrum dotale so. ma. ex statuto sibi parando, vel filijs existentibus maius patrimoniũ reliquendo & mulier substinet onera matrimonij, & pactum valet, ergo ita in casu nostro debet valere pari ratione pactum quod vir habeat fructus dotis & mulier substineat onera matrimonij ar. no. in .l.si socer a genero in prin.j.eo.in.l. de quibus de legi. per Bal. in.l. conuenticula .C. de epi.& cler.& Euer.in cent.in lo.a pari.

16 Probatur † quarto in.l.assiduis.§.oportebat.C.qui potio.in pigno. hab. vbi dicitur mulierem possidere dotem pro suis alimonijs; ideoque pactum in contrarium initum tãquam in exterminiũ famis & sic etiã in necem tendens ualere nõ debet.arg. no. in.l.vel negare infra quemadmo. te.ape.& in.l.1.& seq.supra de don.int.vi. & vxo. & in.c.si.ex eo.p Bar.in tract.alimẽto.nu.33.

17 Stringo quia † pactum contra substantiã actus factum non valet.l. cũ pręcario infra de pręcario.l. vbi ita donatur infra de don. causa mor &.l.si peculium.§.1.infra de pecul.leg.sed pactum hoc de quo agimus est huiusmodi ex quo fructus dotis in substantia deputantur a lege pro alimentis mulieris & familię suę & sic pro oneribus matrimonij d.§.opotebat.&.l.vbi ad huc & .l. pro oneribus C.de iu.dot.&.l.si constante eum ibi not.j.eo.merito.&c.

18 Huic etiam motiuo † responderi potest primo quod mulier constante matrimonio dicitur impropriè dotem possidere ex quo fructus dotis ad maritum pertinent secundum glo.ibi, nam dos datur marito vt ex eius fructibus subeat onera matrimonij vt in.l.1.& in.l.dotis fructus supra de iu.do.& in.l.pro oneribus.C.eo. & patet ex diffinitione dotis de qua per Bar.& doc.communiter hic de qua supra & ideireo constante matrimonio dominium rerum dotalium in patrimonium viri ex legali dispositione translatum censetur vt in.l. in rebus .C. de de iure dot.in.l.quamuis & in.l.dotis fruct. .§. si res supra eo.ti.& licet etiam mulier ex fructibus dotis alatur, tamen id prouenit mediante persona & facto viri qui eam alere tenetur, & actus primę causę debet ascribi.l.item eorũ .§. 1i decuriones supra quod cuiusq;vni.1.o.l.& si pretor supra de offi.eius.l.is damnum de reg.iur.&.c. cum aliquibus de rescrip.lib.6.ideo glo. in.d.l. in rebus in ver.iure nat. inquit quod cum vxor pmiscue cum viro dote vtitur, domina etiã cum eo esse dicitur sicut etiam filij dicuntur domini rerum paternarum viuente patre.l.in suis de lib.& postb. &.§.sui.inst.de hę. quali.& diffe.

19 Secundo † responderi potest quod tunc iuri alimentorum renunciari non potest quando renuncians non habet aliunde se alat quia tunc pactum dicitur tendere in exterminium famis & reprobatum est in iure at.d.l.vel negare & per Bat. in .d. tract. alimen. nu. 33. sed nos loquimur quando mulier erat diues& habebat dotalitium seu bona paraphernalia & sic aliũde viuere poterat quo casu cessat argum. iux. not.in .l. cum hi.§.1.supra de trans.per Bar.in.d.tra. de alimen.col.fin. dubium enim de vno.i. de validitate pacti cętera supponi facit babilia.l.qui testa.j.de testa.c.1.de ęta.& quali.lib.6. Dec.in rub.C.qui admi.lect.5.nu.

15.

100 Limito † sexto non procedere in dote pu tatiua quia non sēper est priuilegiata Crot. in. l. omnes populi nu. 258. supra de iusti. & iu. & lib. 1. cons. 35. nu. 16. non enim habet priuilegium. l. vni. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxo. ac. ubi ob impensas in re dota li factas viro non datur dotis retentio, nam marito

marito putatiuo bene dabitur retentio in dote putatiua ut in.l.si cum dotem.§.si mulier & ibi Bar.infra eo.Io Campeg. de dote par.1.q. 97. nu. 3. nec dos putatiua habet priuilegium.l.i.infra re.amo.vt in.l.si concubina. eo.ti. nec habet priuilegium .l.consensu.§.vir quoq; & ibi glo.C.de repud.glo. & cano.in.c. plerunq; ex de dona.int.ui.& vxo. nec priuilegium.l.in insula.§. fructus .ĵ.eo.nec priuilegium.l.maritum.ĵ. eo. per Campeg.ubi supra.& ea maxime procederet quãdo defectus matrimonij & cõsequẽter dotis procederet ex parte mulieris quę scienter uirum decepisset quia eo casu mulieri non darentur priuilegia doris ne ex dolo suo commodum consequeretur .l.a di uo. de ritu nup. l. siue hęreditaria de neg. ge. .l. ne ex dolo supra de dolo .l.feminis .C. ad Vellela. & .l. pen .§. fin. infra quod falso tut.

101 Limito † septimo non procedere in dote confessata dumtaxat & nõ promissa nec numerata quia illa non gaudet dotalibus priuilegijs glo.in.l. assiduis. C. qui potio.in pigno.ha. Cyn.in auth.sed iam necesse .C. de dona.ante nup.Bar. in .l. si constante. 4. q. prin.solu.infra eo.Mates.no.192 nota quod priuilegium. Io.campeg.de dot.par.1.q.93 col.1.& pro communi sententia Ruin. lib. 1.cons.183.col.fin. & supra diximus in primo not.nu. 46. sicut nec depositum confessionatum gaudet priuilegijs veri depositi Bal.lib.1.cons.384.ad fin. Soc. lib. 1. cons. 143.col.pen.Rolan. lib.1.cons.17.col. 1.

102 Limito † octauo non procedere extra territorium hoc ius dicentium idest populi romani inter eos qui hoc iure non vtuntur.ar. l.fin.supra de iurisd.om.iud. & .l. fin. supra de offi.prefe.ur.& .c. fin. extra de fo. compe. & clem. pastoralis de re iud. & pro regula Mats. not. 124. uidisti. prout secundum aliquos sunt galli iuxta no.per glo.& doc.in.§. 1.insti.de pat.pot.Bal.in.c.si duo.ti. de fratri.de no.benefi.inue.in vsi.feu.Dec.in .l.qui se patris col.1.C.unde libe.Alcia.videndus lib.2.dispun.cap.22.secundum alios sunt hębrei Affl.dec.151.nu. 4. & secundum alios sunt athenienses & sic gręci apud quos solõ dotes a matrimonijs substulit arbitratus viri vxorisque consortium non precio sed beneuolentia ac liberorum charitate coniungi oportere vt ex Plutarco refert Coras. in .l. qui liberos nu.20.supra de ritu nup.

103 Limito † nono nõ procedere quo ad substãtialia iudicij inquib.dos nõ reperitur priuilegiata ideoque in causa dotis ordinarie procedi debet secundum Bal, Ang. Alex. & doc. communiter hic ꝑut de communi sententia testatur visita. nu. 77. idque ex no. in l. si cum dotem .§. eo autem tempore infra eo. in.l.3. ibi iure iudiciorũ.C.de do. ꝑmis. per Bar. in .l. si constante .1. q. secunda par.infra eo. Hic autem Perusię causa dotis circa substãtialia iudicij est fauorabilis & specialiter priuilegiata, quia ad eius fauorem procedi potest summarie sine libelli porrectione & litis contestatione, & sine strepitu & figura iudicij ut lib. 2.statutorum tit.3.de summa.cogni.col. 1. ideoque in ea de apicibus iuris non erit curandum per ea quę tradunt Barba.cons.31.par.2.& Soc.lib.1.cõs.24.ad fin.& Bar.in.l.quintus mand.& in.l.fideiussor in fin.de fideiusso.

104 Limito decimo † & vltimo non procedere in dote a muliere vel eius heredibus so. matri. recuperata quia illa non dr amplius proprie dos, nec priuilegijs dotalibus gaudet Paul.Castr.lib.1.cons. 198.nu. 3. Soc. lib.1.cons. 121. col. antepen. Mant. lib.1. cons.80.nu.xi.& cons.86.nu.12. Io.anni.in l.nemo potest nu.584. de leg.1.Bal.no. de dote par.1.nu.15.Sen.ped.decis.21 nu.20 & pro communi sententia supra in rub. Alcia.nu.25.Rip.71.& Saluio.107. Nisi forte secundo nupserit mulier superuiuens iuxta no.in.l. si socius pro filia supra pro Soc.& in aut.sed quamuis.C.de rei vxo.ac. & per Dec. in cons. 35.sub nu.6. & nos etiã supra in rub.diximus q.5. in fin.

105 Secunda est conclusio † quam ex Bar. dictis elicio quod priuilegium concessum a lege rebus uel ex causa rerum est ad hęredes transitorium, ita tenet hic Bar.nu. 3. & seq. quem doc. communiter sequuntur ut testatur Paris. nu. 73. Et probatur in .l. pen. supra de fun.dot.& in.l.cum uir infra de vsucap. & regulare est quod iura & priuilegia realia ad hęredes porrigantur ut in l.1.supra de const.prin.& in.§.sed & quod principi insti.de iu.nat.& in .l. priuilegia. de reg.iur.

106 Amplio primo † vt transeat etiam ad quoscunque alios ad quos res ipsę peruenerit ar.l.in omnibus causis.2.de reg.iur.&.l. 1.§.permittitur infra de aqua quoti.& ęsti.& in.d.§.sed & quod principi in fi. ibi omnes proculdubio tenent iuncta .l. iulianus in prin.de leg.3. Ant.de butr.cons.60.uidetur col.1.siue titulo vniuersali siue singulari.d. §.permittitur Dy.in.c.priuilegium ver. secundo casu de reg io.lib.6.

107 Amplio † secundo procedere etiam si priuilegium sit datum causę.ut in.l.priuilegia infra de reg.iur.& in.l.fin. C. de fru. & li.expens.& in.l.expluribus infra de admi. tu.& in.l.tẽpus ubi etiam not.Ias. de re iu. Dec.in d.l.in omnibus causis nu.14.Gemi. in.d.c.priuilegium in fi.Paris.hic pro communi sententia nu. 74. vnde in causa dotis ex nudo pacto de iure oritur actio .l. ad

exactio-

exactionē.C.d do. pmiss.licet alias regulariter secus.ut in.l.iurisgē.§.igit nuda.supra d pac.scrib.in rub.j.de uer.ob.& priuilegia causę dotis cōcessa competent tā diuiti quā pauperi quia causa inspicitur & non personą cui dantur. Natt. lib. 3.conf. 590.nu.6.

108 Amplio tertio † procedere etiam si priuilegium concessum sit loco ut in.l.forma.§.quamquam.j.de censi.Bal.in.l.omnia.C.de epi.& cler.Soc.in.l.ciuibus nu. 4.de reb. dub.Niconi.§.i rub.nu.124.& Dyn. in d.c. priuilegiū.ad fi.& Dec.in d.l.in omnib.causis nu.15.& seq.illud.n.priuilegiū loco cōcessū censetur concessū hominibus eiusdē loci ut i.l.si nō speciali.C.de testa.& in.c.p exemptionē.de priui.lib.6.Rom.conf.180.si admittimus.col.1. & sic transitorium ad hęredes posteros,&successores cū uerbis appellatiuis sit facta concessio ad not. p.Bar.& doc.in.l. omnes populi.de iusti.& iu.

109 Amplio † quarto procedere etiam si priuilegium concessum sit dignitati, ut in.c. quoniam abbas.extra de offi. deleg. & in.l. pen.& fin.j.de decur.Abb.in.c. ex tuarum. in fin.extra de auth.& usu pall. vnde etiam finita dignitate durare dicitur priuilegium dignitatis ut in .l.q si forte.de solu. & in.l. 1.C.ubi senato.uel clariss.glo.in.l.filij.§.vidua.j.ad muni.Bal. in .c. sedes. nu. 4. ex de rescrip.Mars.not. 107.priuilegium. & not. 179.uiget. Alber.2.par.statutorum q.20.

110 Amplio † quinto procedere etiam si priuilegium datum sit actioni. ut in.d.l.in omnibus causis.2.de reg. iu.vnde priuilegium tacitę hypotecę competens actioni de dote transitorium est ad hęredes. ut in .l. vni. in prin.& .§. 1.C.de rei uxo.ac.in .§.fuerat. insti.de actio.& hic per Bar. nu.1.cum quo alij cōmuniter tenent put testatur Rip. nu. 32.licet prærogatiua quā habet mulier āte alios creditores sit personalis,&nō transeat ad extraneos ut in.l.1.C.de priui.do.& no. Cyn.in.l.assiduis.q.ult.C. q po.in pig. ha.

111 Amplio † sexto & ultimo procedere etiā si priuilegium datum sit contractui , quia tunc etiam transit ad hæredes.ut in.l.vni.§. illo proculdubio.C.de rei uxo. ac. & hic p Bar.nu.5.exemplificantem in eo quod contractus dotis sit bonæ fidei, ut per eum. & Bal.nouell.de dote.4.par.prin.ad fin. Pro quaC rot.hic nu.56.dicit bene facere quod ex persona hæredis non uariatur natura obligationis nec actionis.l. qui fundus .§. fin. de cond.& de.&.l.2.§.ex his de uet.ob.

112 Declaro etiam hanc conclusionem† primo priuilegium dici a priuis Alci.lib.2. de uer.sig.quasi lex priuata ut in .c. priuilegia 3. distin. Dec. conf. 147. nu. 2. seu quasi priuans legem.secundum Ias.in.l. miles in prin.de re iud.& in.l.fi.nu.27.supra de con sti.prin.& Alex.lib.5.conf.189.nu.14.quia est illud quod contra ius commune conceditur. Bar.in.l.1.col.fi.C.de iu.& fac.igno. & in.l.fi.C.si cōtra ius uel uti.pub.& in.l.fi qñ in prin.ubi etiā Bal.C.de inoffi. te.Dec. conf.373.nu.12. Natta li.1.cōf.164. nu.3.

113 Declaro † secundo intelligi de priuilegijs concessis rebus uel ex causa rerum scilicet principaliter proxime & immediate licet secundario & in consequentiam etiam personæ utilitatem contineant.Bar.in.l.nō solum.supra de resti.in inte.Dyn.in .c. priuilegium de reg.iur. lib. 6. Accorom. pro cōmuni sentētia in.l.q se patris nu.128. C. vnde lib.causa.n.principalis &proxima nō secūdaria & remota regulariter debet attendi.l.cū qs supra de dolo.l.siquis nec causā ubi Ias.& doc.fi cer.pet.&.l. sociū qui in fi. supra p Soc.glo.in.l.si mulier.j. re. amo. & in.c. de cætero.de homi.Bal.in.l.ex placito col.1.C.de re. permu.Curt.iun.cōf.2.nu.4.

114 Declaro† tertio pcedere etiā si priuilegium sortitū fuerit effectū suū retro qa nihilo minus trāsit ad hæredes nec cessante causa priuilegij cessat.ita Bar.in.l.titia scio.§.imperator.q.pe.de leg.2.per tex.in.l. fi.j. ūde lib.& Bal.in.l.1.§.eāde offi.eius. p.l.parte furioso supra de his q sunt sui uel alie.iur.& Ias.in.l.filius a patre.§.filiusfa.nu.5.j.de li be.& posthu. quod est not.pro limita.dicto rū Bal.i.l.isqdē.C.qd liber. pue. nō poss.

115 Declaro† quarto procedere in priuilegijs cōcessis a lege pp naturalē sufficientēq; rōnē ut qa in priuilegiato repitur aliqs naturalis defectus & tunc huiusmodi priuilegiū transit ad hęredes Bar. in.l.1.supra de consti.prin. Accorom.in. d. l. qui se patris nu. 128. C. unde libe.

116 Declaro † quinto procedere dummodo duret causa priuilegij alias ea cessante etiam priuilegium cessaret nec ad hęredes trāsiret.l.cura §.deficientiūm.j.de mun.&.ho. &.l.antiquæ.C.ad velle.&.l.titia.§. usuras de leg.2.&.c.tuarum extra de priuil. & no. in.l.athletę.§.1.&in.l.geometrę.& in.l.idē Vlpianus infra de excus. tut. per Igne. in rep.l.dudum nu.42.C.de contrahen. emp. Natt.lib.1.conf.218.nu.7.cum concor. cumulatis per Tiraq. in tract. de causa cess. par. 1.ver.priuilegij nu.203.

117 Declaro sexto † & vltimo procedere dū modo extra rem seu causam permissam nō porrigatur ut in.l.si plures.§.quamuis infra de admi.tut.& in .l. non tantum .§. eos de excus.tut.& in.l.utilitatem infra de excus. tut. per Igne.in.d.l.dudum nu.52.C.de cō trahen.emp.priuilegiū.n.terminos suos excedere nō d3.c.fane.de priui.Dec.cōf.529 nu.7.Rol.cōf.89.nu.27. lib.1.& conf. 96. nu.8.lib.3.Curt.iun.conf.32.nu.7.

118 Limito † etiam hanc conclusionem non procedere primo quando in herede & successore cessat qualitas & conditio quę erat in authore primo priuilegiato iuxta no. per Bar. in. l. paulus. j. de acq. hę. in. l. licitatio. §. fin. de publican. in. l. 1. C. de imponen. lucra. descrip. li. x. ex quibus dixit Bal. in rub. C. de usur. q. 4. quod si res ecclesię peruenitiis ad priuatū cessat priuilegium, sequitur Io. de ana, in. c. salubriter, col. pen. de usur. & Tiraq. de causa cess. par. 1. nu. 210. Huic est quod alias dicitur subrogatum ita demum sapere naturam eius cuius loco subrogatum est quando eiusdem qualitatis & cōditionis est glo. fin. in. l. 2. C. de offi. eius qui ui. alie. gest. Bar. in. l. 1. C. de prepo. agē. in rebus li. xij. Bal. in. l. parabolani. C. de epi. & cle. Ias. j. l. licet imperator. nu. 25. de leg. 1. Bello. cons. 1. nu. 8.

119 Limito secundo † non procedere quando extingueretur res priuilegiata q a tunc extingueretur etiam priuilegium nec transiret ad heredes. glo. in. c. priuilegium. de reg. iur. lib. 6. Sicut etiam extinguitur seruitus extincta re super qua seruitus erat constituta. ut in. l. repeti. §. pen. supra. quibus mod. ususfru. ammitta. & in. §. finitur institu. de usufruct.

120 Limito † tertio non procedere quando predecessor illi priuilegio renunciasset q a non poterunt postea illius hæredes ad illud redire & illo uti. per reg. l. cum a matre. C. de rei uen. & l. ea quę a patre. C. de re milita. & l. polla. j. de his qui. ut indign. heredes. n. melioris conditionis quā defunctus esse non possunt. l. in his. §. non debet. de reg. iur. sed dicuntur repręsentare defunctū. l. heredes. j. de usuc. adeoque illius factū impugnare non possunt. l. fin. ubi not. C. de reuo. his quæ in frau. cred. Bal. in. l. generaliter. C. de non nu. pecu. Soc. iun. lib. 3. cōs. 60. nu. 19.

121 Limito † quarto non procedere quando priuilegium ad alicuius affectationem esset alicui rei concessum quia tunc nec ipse posset illo gaudere nec successiue eius heredes per tex. no. in. l. vniuersi. secundum unam lectu. glos. C. de legatio. lib. x. & in. l. spadonem. §. fin. de excus. tut. & in. §. item tria. insti. eo. & in. l. 1. C. de excus. mu. lib. x. & in. l. non putauit. §. siquis sua manu. infra de bō. poss. contra tab. in quibus locis habetur dispositiones iurium affectantibus non opitulari ut late tradit Roma. in. l. si uero. §. de uiro. nu. 189. j. eo. Ias. in. l. si seruus plurium. §. siquis ante de leg. 1.

122 Limito † quinto non procedere quando noua aliqua causa superuenit qua priuilegium illud ad hæredes trahi non porest ut in. c. suggestum & in. c. dilecti filij extra de decim. Oldra. cons. 247. factum tale est. ubi in. l. ex facto. nu. 78. j. de vulg. ex noua. n. causa superueniente licet a qualibet dispositione recedere secundum Petr. de Ancar. in cons. 83. prima facie. quod pro magistrali dicto extollit Phil. Deci. cons. 335. uiso. nu. 3.

123 Limito † sexto & ultimo non procedere quando priuilegium esset publicę utilitati contrarium, quia tunc ne dum non transiret ad heredes quin nec de iure teneret, ut notan. inquit Bal. in. l. iubemus nulli. per illum tex. in 2. not. C. de sacros. eccles. Fely. in. c. causam quę. uers. quinta decla. de rescrip. Crot. in. l. omnes populi nu. 108. de iu. sti. & iu. Roma. cons. 436. col. 6. in prin. Alex. lib. 2. cons. 216. col. 5. in fina. Rolan. lib. 1. cons. 5. nu. 30. & lib. 2. cons. 52. n. 23. Natt. lib. 3. cons. 525. nu. 2.

124 Tertia & ultima est conclusio † quod priuilegium concessum personę seu ex causa personę non egreditur personam & ideo ad heredes non transit ut in. l. priuilegia. & in. l. in omnibus causis. 2. de reg. iur. & in reg. priuilegium. lib. 6. & in. l. 1. C. de priui. dot. & in. l. 1. supra de constitu. prin. & in. §. sed & quod princi pi. institu. de iu. nat. & in. l. quia personale. infra eo. & in. l. 1. in prin. infra de iu. immuni. & in. l. cum patronus in fin. de leg. 2. & in. l. ętatem infra de censi. per Deci. consi. 604. nu. x. Syluan. cons. 4. nu. 13. part. 1. mutatione. n. personę rei qualitas uariatur. l. paulus. de acq. hę. l. licitatio. §. pe. & fin. de publican. l. 1. C. de impo. lucra. de lib. x. Paul. Castr. lib. 1. cons. 8. col. fi. Ciau. cons. 293. col. pen. Syluan. declarans cons. 66. quęritur nu. 5. par. 2. Natt. lib. 2. cons. 311. nu. 6. Ceph. lib. 1. cons. 58. nu. 52.

125 Amplio † primo procedere etiam in officio alicui concesso quod non debet egredi personam illius cui concessum est nec porrigi ad heredes ut in. l. tutela. j. de tutel. & in. l. furti. §. pen. supra de his qui not. infa. Dec. in. d. l. in omnibus causis nu. 5. de reg. iur. intelligendo de officio cohęrente persone & non generaliter de quolibet ministerio iuxta not. in rub. supra de offi. eius. & in. l. 1. ubi Bar. nu. 9. de iurisd. om. iud.

126 Amplio † secundo in tantum procedere ut nec alteri commodari possit ut in. c. 2. extra de authoritate & usu pall. & in. §. item is. & in. §. seq. institutio. de usu & habita. Quod intelligendum est scilicet ad utendum, argumen. l. denique supra de usu & habitatio. & d. §. item is qui. & §. sequenti cum utrobique notatis per scrib. institutio. eo. secus ad videndum ut per Abba. in. c. ad hęc. nu. 6. post. Io. an. extra de authori. & usu pall.

Amplio

127 Amplio † tertio in tantum procedere ut nec ex identitate rationis militantis in vna vel altera persona possit fieri extensio. Anto. de butr. in c. saue. extra de priuile. Natt. lib. 2. cons. 242. nu. 2. de persona enim ad personam in exorbitantibus ex identitate rationis nõ fit extensio. glo. in c. quę a iure de reg. iur. lib. 6. & in c. non solum & in c. constitutionem de regula. lib. 6. Dec. in l. illam nu. xi. C. de colla. & in cons. 218. nu. 9. & in cons. 377. nu. 2. Soc. iun. lib. 2. cons. 176. nu. 1. & cons. 185. nu. 12. & prę regula Euer. in aent. in loco a ratione legis larga. cat. xi.

128 Amplio † quarto procedere non solum quando certum est priuilegium personale esse, uerum etiam quãdo est dubium an sit personale, quia in dubio pręsumendum est personale esse & consequenter ad hęredes non transitorium. glo. in c. tum uenissent. extra de instit. & in c. tua. de his quę fi. a prę la. & in sũma 25. q. 2. Dec. in d. l. in omnibus causis. 2. nu. 3. & Franc. in d. reg. priuilegiũ. lib. 6. Alex. lib. 1. cõs. 101. nu. 13. Natta lib. 2. cons. 163. nu. 16. & cons. 164. nu. 15. ubi declarat ut per eum. Syluan. cons. 65. nu. 22. par. 2. ubi etiam decla. ut per eum.

129 Declaro † etiam supradictam conclusionem procedere quando priuilegium non motu proprio principis sed ad petitionem impetrantis fuit indultum. ut in l. 3. supra quod quisque iur. per glo. in l. 1. supra de consti. prin. priuilegium. n. ad petitionem concessum minus fauorabile est quã motu proprio concessum glo. & doc. in auth. quas actiones. C. de sacros. ecc. & in c. 2. extra de mutuis peti. Crot. in l. omnes populi. nu. 161. ff. de iust. & iu. Alex. li. 5. cõs. 30. nu. 17.

130 Declaro secundo † priuilegium personale dici quando alicui nomine proprio conceditur ut in c. si gratiose. de rescrip. lib. 6. & in c. quoniam abbas extra de offi. deleg. Alex. lib. 1. cons. 86. in causa daziorum col. 1. Dec. in d. l. in omnibus causis nu. 2. Natt. d. cons. 163. nu. 7. & facit tex. in l. neq; dorotheum. C. de decurio. lib. x. ubi cõfertur priuilegium dorotheo & hyreneo cuiuslibet eorum nomine expresso ut pro oneribus curialibus inquietari non possint, quod propterea priuilegium personale ac speciale est ut ibi per glo.

131 Declaro † tertio priuilegium personale dici etiam quando concessum est alicui ob eius industriam hoc est quia est electa industria eius ut in l. inter artifices. ff. de solu. §. sed & quod principi insti. de iu. nat. Bar. in l. continuus. §. si ab eo. ff. de uer. ob. Alex. lib. 3. cons. 105. magnifice Pretor. nu. 22. & industria censetur electa eo ipso q̃ priuilegium datum est alicui artifici uel homini industrio. Bar. in d. l. continuus. §. qui insulã. & §. si ab eo. de uer. obl. & in d. l. inter artifices. Alex. lib. 4. cons. 132. in causa nu. 7. uel eo ipso q̃ natura facti aut uerba disponentis ad hoc sunt apta. ut tradunt scrib. in l. 1. in prin. supra de offi. eius. & in c. fin. §. is autem extra de offi. deleg. Seuerin. in l. more maiorum. nu. 12. & seq. supra de iurisd. om. iud. Alex. lib. 6. cons. 71. circa col. 1.

132 Declaro † quarto procedere quando persona est causa principalis proxima & immediata concessionis priuilegij, ut quia uerba in personã scripta sunt Bal. in l. apud iul. §. si quid de leg. 1. Ang. & Ioan. in d. c. priuilegium. Natt. lib. 1. cons. 139. nu. 18. glo. in l. sordidorum. C. de excu. mun. lib. x. & in c. cum uenissent extra de institu. uel eius intuitu datum sit priuilegium ut in d. §. sed & quod principi. de iu. nat. in d. l. priuilegia. de reg. iur. & in l. 1. & in l. semper. §. immunitati. ff. de iu. immuni. Dec. in d. l. in omnibus causis. nu. 3. & seq. Dyn. in d. reg. priuilegium. lib. 6 ubi etiam glo. notan. inquit hoc intelligi siue priuilegium sit personale ex parte priuilegiati siue ex parte priuilegiantis ut per eam.

133 Limito † etiam supradictam conclusionem non procedere primo quando priuilegium huiusmodi nisi transiret ad hęredes esset inutile. Abb. in c. quod non nullis extra de priuileg. Dec. in d. l. in õnibus causis nu. 9. & in l. quãquam. C. de testa. mil. Ruin. lib. 2. cons. 23. nu. 4. Craue. cons. 75. nu. 2. Ceph. lib. 1. cons. 96. nu. xi. vnde etiam ad socios transit priuilegium quando alias esset inutile secundum Abb. in c. quam sit in prin. extra de iude. Facit bonus tex. in l. siquando in prin. C. de inoffi. testam. ubi quamuis priuilegium indulgens alicui liberam testandi factionem intelligatur seruatis solemnitatibus iuris communis, tamen secus est quando alias priuilegium remaneret inutile quia tunc censerentur relaxatae etiam solemnitates iuris communis secundum glo. ibi. & Alcia. in c. 1. not. 3. de offi. ord. & pro communi sententia Rip. in c. 1. nu. 56. de rescr.

134 Limito † secundo non procedere in priuilegio concesso contra ius speciale & non contra ius commune quia ex quo tunc fit reditus ad ius commune lata fieri debet interpretatio, & sic etiam ad hęredes trahi. Anto. de butr. in c. olim. eibi in fin. per illum tex. de uerb. signi. glo. in c. statutum uers. numerandum de prębon. in 6. Dec. in d. l. omnibus causis nu. xi. Hinc uidemus etiam in correctorijs fieri latam interpretationẽ quando fit reditus ad ius cõmune. ut in l. si vnus. §. pactus de pac. Goza. cons. 103. nu. 24. Ceph. li. 3. cõs. 408. nu. 81. & pro communi sententia Cur. iun. cons. 99. nu. 3.

135 Limita † tertio non procedere quo ad filios & familiares priuilegiati ad quos etiã personale priuilegium transit dum in familia priuilegiati permanent ut in l. assiduis §. in presenti. C. qui pot. in pig. l. 4. §. legatis infra de legatis. Bar. in l. administrantes. ff. de admi. tut. Bal. in auth. habita col. 1. C. ne fili. pro pa. Dec. in l. lectaui. 18. si cer. peta. Oldra. cõs. 81. Abb. lib. 4. cõs. 53. nu. 3. Mars. not. 160. pater. Boer. q. 213. nu. & Gramm. uoto 33. nu. 20. Nat. lib. 3. cons. 566. nu. 9.

136 Limita † quarto & ultimo non procedere, quando appareret de contraria mente concedentis ut in l. 3. §. sed & quod principi ibi quoniam nos non possumus princeps uult. de nig. nt. actus enim agentis regulatur secundum ejus intentionem l. non omnis actus. C. de doli. in instit. & l. non omnis. ff. de reb. cred. Item per quem hoc procedere in omni materia dixit Soc. iun. lib. 4. cons. 69. col. 1. & in fin.

137 Nam notum est pastremo † ex hac lege juncta etiam glo. in ueb. reip. quod utilitas publica preferri debet priuatę secundum Bar. hic nu. 20. & doc. communiter prout de cõmuni testantur Parp. nu. 361. & Aquen. 38. Idem tenet Bar. in auth. de her. & falci. nu. 4. Bal. in l. iubemus. C. de sacros. eccle. glo. Paul. & doc. in l. de pupillo. §. si quis ri-uos nu. 3. & seq. infra de no. ope. nun. glo. & doc. in c. bone. l. 2. extra de postula. prela. las. in auth. res que nu. 29. C. communia de lega. Dec. in rub. extra de iudi. lect. 2. col. fi. & in rub. ff. de reb. cre. lect. 2. nu. 28. Paris. in l. 1. in prin. nu. 79. de no. ope. nun. & li. 4. cõs. 10. stamus ad sic. Colleg. Bono. post cõs. Card. Zab. cõs. 1. nu. 14. Crot. li. 2. cõs. 156. nu. 7. & li. 3. cõs. 36. in eã nu. 14. Soc. iun. li. 1. cõs. 16. nu. 16. Rolan. lib. 1. cõs. 86. nu. 65. & pro communi sententia Grã. dec. 12. nu. 18. Et probatur etiam in l. uni. §. fi. C. de cad. toll. in l. sancimus. C. de sacros. eccle. in l. actione §. labeo supra pro Soc. & in auth. res que. C. communia de lega. & in §. quia uero uerisimile auth. de non alienan. Ratio autem esse potest quia ius sui natura ad commune bonum tendit. l. 1. supra de legi. §. fin. prime cõst. cod. & c. erit q. dl. ideirco id quod statuitur ad publicã utilitatem & sic ad omnes pertinens dicitur de fine magis habere, & propterea precipuum esse & preferri debere Fortun. in l. 1. §. huius studij nu. 18. de iust. & iur.

138 Hinc † est, quod ubi agitur de utilitate publica admittitur etiam is cuius non interest, ut not. in l. ubi pactum. C. de trans. in l. 3. in fi. de popu. actio. in l. 1. §. consequens & in l. impuberibus infra de suspe. tuto. & in l. pietatis. §. fi. C. eo. per Dec. in l. si quis id quod nu. 15. de iurisd. om. iud. Plot. cons. 19. nu. 34. Geran. sing. n. 3. quamuis secus sit cum de priuata utilitate tractaretur in l. tigni. §. fin. supra ad exib. in c. non solent. 2. q. 6. in c. cum inter de electio. & in c. super his de accus. Bar. in l. qui autem. §. illud supra si quis cau. Bal. in l. ad cõparandas. C. de ad. Soc. lib. 3. cons. 18. uiso. col. 1. Rota. dec. 2. de testi. spu. nonis. Hinc est etiam quod fauore publicę utilitatis indux. pactore mortuo uel absente suppler. Bar. in l. 2. C. de dela to. lib. x. Bar. & Imo. in l. pen. de pub. iud. Dec. & doc. in c. qui gui. nu. 18. extra de iud. Rom. sing. 567. instituens. Hinc est etiã quod priuati non possunt publicę utilitati etiã cum iuramento renunciare ut not. in c. si diligenti. de fo. compe. in l. non dubium. C. de legi. in l. si quis inquilinos. §. fin. de leg. 1. per Mars. cons. 9. nu. 41. Soc. reg. 339. nu. 5. & Iac. Ias. de cla. nu. 39.

139 Et demum † publicę utilitatis intuitu multa concedantur aut prohibentur quae alias non concederentur uel non prohiberentur ut late per Roma. in l. si uero. §. de uiro in quarta falsi. & eo. Fely. in c. non nulli in prin. ex. de rescrip. Dec. in l. si quis iniquum in prin. nu. 7. supra quod quisq; iur. Seissi. in l. 1. §. si quis ipsi in prin. de no. ope. nun. Gerar. sing. 99. communis. Mars. not. 95. utilitas publica. Rebu. in prax. benefi. regula de non tollen. ius quęsitum. nu. 29. Gram. dec. 12. nu. 19. Bello. cons. 2. nu. 6.

140 Amplio † primo hoc nostrum notum procedere ut publica utilitas preferatur etiam cuicunq; priuilegio l. nullus. 2. C. de cursu pub. lib. xij Bohon. l. iubemus in prin. C. de sacros. eccl. Rolan. lib. 1. cons. 5. nu. 23. & lib. 2. cons. 76. nu. 9. si enim preferitur priuatę utilitati ordinarię ut supra, a fortiori preferenda erit priuilegiatę, quę debilior esse dicitur ut in l. eius militis. §. militia missus. ff. de mili. te. & in §. qa uero uestium de auth. de non alienan. & in l. antiquę ubi glo. C. ad uellei. & uide uincen. & c. l. de accesionibus. ff. de diuer. & tempo. prescrip. glo. & doc. in c. rogamus. 24. q. 1. Euer. in cent. in loco a primo ad ult. in prin. Soc. lib. 1. cons. 1. ad fin.

141 Amplio † secundo in tantum procedere ut etiam si materia sit odiosa & sic stricte intelligenda quia odia restringi & fauores conuenit ampliari. l. cum quidam de lib. & po. & c. odia de reg. iur. lib. 6. nihilominus fauore publicę utilitatis extensio & lata interpretatio sit facienda ut in l. 2. §. exercitu ubi Bart. supra de his qui not. infa. in l. quemadmodũ. C. de agrico. lib. xi. in l. hoc modo de cond. & demon. Dec. in c. ex epistolę nu. 87. & seq. ex de prob. & in cons. 660. nu. 6. Soc. in l. 2. §. ex his in primo not. de uer. ob. Crot. in l. 1. in prin. lec. 1. nu. 20. col. fi. & lib. 3. cons. 304. nu. 2.

Amplio

142 Amplio † tertio in tantum procedere ut his quę ad publicam vtilitatē pertinent pacto priuatorum renunciari non possit iux. no. in. l. ius publicum supra de pact. in. l. milites. C. de loca. in l. filiusfa. §. veterani supra de procura. in. l. nec ex pętorio & in. l. neq; pignus. §. 1. de reg. iu. & in. c. si diligenti extra de fo. compe. & in. c. contingit de sent. excom. glo. & doc. in. l. pen. C. de pac. & in §. quia vero. auct. ut sine probibi. matres, Mant. lib. 1. cons. 40. nu. 18. quin nec pacto publicarum personarum ut in. l. 2. §. ius rei pub. infra de admini. re. ad ciui. perti. & in. l. 2. C. de conuenit. fi. debi. lib. x. Ias in. d. l. ius publicum post prin.

143 Amplio † quarto in tantum procedere vt una publica vtilitas pręferatur etiam alteri publicę vtilitati. vercell. in. l. diem functo nu. 173. sup de offi. assesso. Fran. marc. q. 385. nu. 5. quādo scilicet vna est publica authoritate & vtilitate, altera authoritate tantum vel vtilitate tantum Aret. in. § item diuus insti. de excus. tu. & sic vna est maior altera vt in. l. cętera. §. sed siquis ad hoc. ubi Pau. Cast. & Ias. not. de leg. 1. & in. c. scias 7. q. 1. & in. d. c. bonę. quem ad hoc ponderat hic Parp. nu. 37. de postu. pręla. & hic p. Rip. nu. 110. & Crot. lib. 2. cons. 216. nu. 29. & Gras lib. 1. cons. 113. nu. 19. & Natt. lib. 3. cons. 500. col. fina. Vel quando in vna, agitur de damno in alia de lucro, quia tractans de damno vitando pręfertur ut in. l. fin. §. & si pręfatam. C. de iu. delib. & in. l. in eo. & in. l. non debet actori. §. 1. de reg. iur. per Iac. de belui. Alex. & Bulg. hic nu. 5. & Benin. fratrem meum in tit. Insti. de actio. in prin. nu. 133.

144 Amplio † quinto in tantum procedere ut propter publicam vtilitatem, non etiam priuatam liceat a regulis iuris communis recedere vt in hoc tex nostro in quo danrur priuilegia doti contra regulas iuris communis ex causa reipub. prout not. Alex. & Rip. in primo not. & Soc. iun. nu. 88. & facit tex. in. l. ad bestias infra de pœn. ubi parcitur damnato qui in arte sua valde vtilis est reipub. & in. l. fin. in prin. C. de sacros. eccl. vbi fit discrimē inter ius publicum & priuatum & iuri publico indulgentur ea de quibus ibi contra regulas iuris communis, fauore enim publico iura transgredi licet l. si ita vulneratus supra ad leg. aquil. l. 2. §. his legibus latis. vbi vercell. nu. 56. de orig. iur. Roma. cons. 110. in casu. fely. in. c. non nulli nu. 16. extra de rescrip.

145 Amplio † sexto procedere etiam in vtilitate communi quę pariter vtilitati singulorum est pręferenda vt in auct. de hęr. & fal. in prin. ibi vt communem omnibus pręstēt vtilitatem & in. l. vni. §. fin. ibi sed quod cōmuniter omnibus prodest. C. de cadu. toll. & in. l. iudicem supra cōmuni diui. & in. l. actione. §. labeo supra pro Soc. & in. l. 2. §. sed quia veremur. C. de iura. calum. & in. §. quamobrem auct. de restit. & ea. glo. & doc. in. d. c. bonę. Gerar. sing. 79. cōmunis Ruin. lib. 4. cons. 149. quæstio. nu. 8. & hic Soc. iun. nu. 41. & seq. hinc dicitur communem vtilitatem non debere in priuatam bursam redigi. c. irrefragabili. §. inter de offi. or. Old. cōs. 262. in questione. Affl. dec. 17. nu. 3.

146 Amplio septimo † in tantum procedere ut in quacunque dispositione semper censeatur publica vtilitas excepta. ut in. l. si vēditor. §. constat. supra communia prędio. in. l. iubemus. C. de naui. non excus. lib. xi. & in. l. nullus. C. de cursu pub. lib. xij. & in. l. in prouinciali. §. fin. cum. l. seq. ꝭ. de no. ope. nun. Barba. lib. 2. cons. 20. illud nu. 27. Syluan. cons. 67. nu. 3. par. 2. Plot. cons. 19. nu. 36. Affl. dec. 289. serenis. nu. 29.

147 Amplio † octauo & vltimo cum Parp. hic nu. 32. ut procedat etiam in pia causa, quę & ipsa dicitur publicam vtilitatem ēt principaliter cōtinere ut sentit hic Bar. sub nu. 26. dum allegat. l. impensa. supra de relig. & sump. fun. quæ de pia causa loquitur, & dictum doctoris secundum legem quam allegat intelligi debet Bar. in. l. non solū. §. liberationis verba de libe. lega. & in. l. 2. §. si pponatur infra si quis omiss. causa testa. Roma. cōs. 2ij. nu. 5. Affl. dec. 321. nu. 6. Gram. vot. xi. nu. xi. quicquid. n. ad publicam utilitatē fit dicitur piū. Pau. Castr. lib. 2. cons. 194. uiso puncto col. 2. qui ad hoc allegat. l. ad instructionem. C. de sacro. ecc. & l. uni. §. fin. C. de cadu. toll. prout etiam refert Tiraq. de pia causa in pręfa. ver. item quicquid. ante fin.

148 Declaro etiam hoc not. † primo procedere in publica vtilitate inseparabili ab ipsa re super qua consideratur quia illa reputatur semper publica vtilitas prout est in sacerdotijs, in magistratibus, in matrimonijs, in dote, secundum Bal. & doc. in. l. ius publicum supra de pac. & Io. anpi. in rep. l. nemo potest nu. 546. de leg. i. Fran. marc. q. 653. in prin. Secus in ea quę separabilis est & adesse & abesse potest quia illa non existimatur publica, ex quo principaliter non est ad hoc ordinata, & accidens quod euenire potest attendi non debet. l. rogasti. supra si cer. per. Bar. in. l. si ut certo. §. nunc videndum supra cummo. visica. hic nu. 178.

149 Declaro secundo † procedere siue publica vtilitas includat siue non includat priuatam vtilitatem quia semper publica vtilitas priuatę prefertur spec. ti. de feu. §. quoniam ver. xvi. Natt. lib. 3. cons. 487. nu. 19. Grā. dec. 12. nu. 18. quia cōmunitas nu. 19.

generalitas

generalitas .n. huius conclusionis procedit generaliter etiam si in uno casu esset maior ratio quam in alio arg.l.1.§.quod autem supra de aleę lusu.per Soc.in.l. 2.§. ex his in prin.de uer.ob.Dec.in rub.supra si cer.pet. lect.2 nu.30. & in.cons. 5. in causa. ou. et Grat.lib.1.cons.137.nu.5.Craue.cons.921 nu.4.& etiam si omnia uerba dispositionis verificari non possent.arg.no.in.l.regula.§. & licet supra de iur. & fact.igno.per Grat. lib. 2. cons. 160. nu.23. & Craue. cons. 203.nu.13.

150 Declaro tertio † intelligi procedere quando agitur de preferenda una publica utilitate vnius ciuitatis uel loci alteri publicę vel priuatę vtilitati eiusdem ciuitatis vel loci, non etiam alterius ciuitatis vel loci, quia tunc cuilibet ius suum seruandum esset illesum ut in.l. cętera .§. sed si quis ad hoc vbi Pau.Castr.& Ias.not.de leg. 1. & hic per Rip.nu.119.& quod not.Bal.in.l.si quis in grau.§.si cum omnes .j. ad syllan.

151 Declaro † quarto. publicam vtilitatem dici illam quę affert vtilitatem in communi & in quolibet particulari, vt est ea quę in sacerdotibus & magistratibus cōsistit ut in.l.1.§.huius studij de iust.& iu.Petr.a bella per.in.l.inuitus nu 5.C.de procu.valla. in.l.imperium.nu.248.de iurisd. om. iud. Bar.hic nu.25.cum quo omnes tenere dicit Ias.nu.26. Item illam quę affert vtilitatem in communi sed non in quolibet particulari vt ē bursa seu camera fiscalis ut in.l. vtilitas.C.de primipilo.lib. xij. & ita sumpta omnis communis vtilitas dicitur publica secundum Saly.Corn.& doc.in.l. 2. per illum tex.C.ut in poss.lega.

152 Declaro † quinto. publicam vtilitatem etiam dici illam quę principaliter bonum publicum cōtinet Aret.in.§.fi.Insti.de iust. & iu.prout est illa ut delicta nō remaneant impunita. l.si ita vulneratus supra ad leg. aquil.c.ut famę de sen. excom.Dec.in rub. supra si cer.pet.lect.2.nu.27.vel illa vt vasalli omnes in unione persistant.vt in tit.de pace tenen.per Soc.lib.3.cons.58.nu.8. vel illa quę in doctoribus & militibus versatur ut in.l.1.& fin.infra de mili.te.& in.l.1. vbi glo.C.de stud.lib.ur.rom.lib.xi.& in.l. aduocati .C.de aduo.di.iud.Paris de sindica.ver.an doctor.o.7.Mars.in.l.edictū.nu. 16.de quęstio.vel illa quę in cōstructione viarum & pontium consistit.d.l. ad instructionem. Signo. cons. 108.col.3. Zuc. in l.fin.nu.6.C.de edi. di. adria.toll. Rolan. lib.2.cons.91.nu.24.aut in securitate ipsorum.l.1.§.1.supra de his qui deijcie. vel effu. uel illa ut partus non sobijciantur.l.1. §.sed & si seruus infra de uen.inspi uel ut testamenta & ultimę uoluntates exitum habeant ac suum sortiantur effectum vt in.l. vel negare infra quemadmo.testa. ape.glo. in.l.gallus.§. quid si is.ver.vtilitatē de lib. & po.Mars.cons.104.nu.36.vel huiusmodi de quibus in.l.1.§.iij.de lo.pub.fruen.in.l. 3.§. merito.j.de ripa muni. & in.l.1. & seq. .j.nequid in lo.pub.& alibi sępe.

153 Declaro † sexto publicam vtilitatem etiam dici illam quę principaliter est priuata, sed quia respectu vniuersi vtilis est quia respectu vniuersi vtilitatem affert & apta est afferre in quolibet particulari, vt quod mulieres sint dotatę nam nubendo parere poterunt filios qui magistratus & in dignitatibus esse poterunt, ideo etiam publica dici potest vt hic per Bar.nu.25.ver.tertia est. Aret.in insti.de excus.tut.in prin.nu.5.& in tit.de re.diuis.nu.5.ubi etiam refert quartum modum quo vtilitas dicitur publica, quando affert suam vtilitatem separatim cuilibet per se ita ut uni & non alteri apta sit afferre in quolibet particulari, vt quod homines sint locupletes vt hic per Bar.& doc.& ibi per eum.

154 Decla.† septimo intelligi procedere in magistratibus & iudicibus, secus autem in priuatis hominibus qui volentes possunt priuatam suam vtilitatem publicę anteponere quando sua propria in publica non cōtinetur ut in .l.pręses eum glo.C. de seruit. & aqua glo. in.d.c.bonę. de postu.pręla. & in.c.licet de regulā. Abb.in.c. vlti.extra de voto in fi.& hic Rip.nu.120.

155 Declaro † octauo & vltimo procedere etiam si priuatis ius proprium tollatur, nā publica vtilitas dicitur esse iusta causa auferendi ius suum priuatis hominibus Fely.& doc.cōmuniter in.c.quę in ecclesiarum nu. 27.extra de cōsti.Rebu.in praxi benefi.reg. de non tollen.ius quęsi.nu.29. Natt.lib. 1. consi.xi.nu.4.& lib.3.cons.500.nu.xi.& probatur in .l.itē si verberatum .§.item si forte supra de rei uen.ubi fūdus priuati hominis datur ad usum militibus ratione publicę vtilitatis,& alias pro publica vtilitate priuantur domini rerum suarum dominio, soluto tamen eis pręcio vt not.in.l. venditor .§.si constat supra communia prędio. in .l. locius in prin.supra de euictio. in.l. 2. ubi Bal.C.q.ex caus.ser.pręmi.liber.acci.Bar. in.l.fin.§.titius de pigno.act.& in .l. antiochensium infra de priui.cred. Arch.in.c.p principalem.ij.q.3.Ias.in.l. barbarius. de offi.pręto.C.tot.in rep.l.gallus.§.& quid si tantum nu.121.de lib.& po. Alcia.in.l.pupillus.§.fin.de ver.sig. Dec.in.c.1. nu, 225. extra de proba.& in.l.id quod nostrum nu. 3.de reg.iur.Alex.lib.2.cons. 190. mature col.1.Affl.dec.321.regia.nu.17.

156 Limito † etiam hoc not.ut supra ampliatum

cum & declaratum primo non procederé
quando publica vtilitas est modica, priua
ta vero est magna ut in.l.2.§.sunt qui putát
infra nequid in loco pub.& in.§. fin. Insti.
de iusti.& iu. & in .d.c. bonę ibi & minori
maiorem &c.Dec.in.c.ratio nulla nu.6.ex
tra de pręben.& in cons, 244. nu. 8. & hic
Alex.nu.46.Ias.39.Rip.121.& visita. 179.
nam & alias regulare est ut maior vtilitas
in paritate terminorum minori debeat pręferri
ut in.l.actione.§.labeo supra pro Soc.
glo.in.l.in operis de ope.pub.& in.l.uni.§.
im.& ibi Bar. C.de cad.toll. Quæ autem
magna vel modica dicatur vtilitas, iudicis
arbitrio remittetur iux.no.per Bar. & doc.
in auth.nisi breuiores.C.de sent. ex breui.
reci.Bar.in.l.1.C.qui da. tu. poss. Ias. in.l.
imperium nu.32.de iuris.om.iud.Gui. pa.
q.564.verum iudex in fin.& Mœno.de arbi
tra.iud.lib.2.cent.2.casu 145.nu.2.& cent.
3.casu.277.nu.8.

157 Limito † secundo non procedere quando
maleficia remauerét impunita quia túc
publica utilitas attendi non debet ne dum
priuatę pręferri.Dyn.in .c.[?]odię ad fin. de
reg.iur.lib.6.Bar.in.l.2.§.exercitum supra
de his q not.infa.Grat.lib.4,cons.134.nu.
63.quinimmo ad publicam utilitatem dicitur
partinere ut delicta puniantur.l.licitatio.
§.quod illicite infra de publican .l. si
ira vulneratus supra ad leg. aquil.l. si operis.
C.de pęn.l.si longius.§.1. supra de iud.
&.c.ut famę ad fio.de sent.excom. & .c. cū
clamor.vbi glo.de testi.ideoq; nec illa pub
lica utilitas esset nominada nec existimanda
quę contrarium operaretur effectum ad
not.in.l.rem non nouam circa fin.C. de iu
di.& in.§.quorum in proe.insti.& in.c.qua
ruor.12.q.2 .per Euer.in cent.in loco ab es
se.ver.quarto.

158 Limito † tertio non procedere vbi de fa
uore animę agitur quia illa cuicunque rei
& sic etiam publicę vtilitati est pręferenda
ut in.l.sancimus.C.de sacros.eccl.l.iustissi
me de edil.edi.&.c. pcipimus 12. q.1.glo.
in.§.sacrę insti.de re.diui.& in.c.vni.ver.a
marius.de pręben.in extrauag.Io.xxij. Ias.
in .l.si pecuniam.ver.quarto facit supra de
cond.ob cau.Io.anni.iu.l.nemo potest.nu.
549.de leg.1.Neuiz.cons. 66. videtur nu.
36.Dec.cons.426.nu.4.& cons.639. nu. 4.
in foro autem animę sola veritas non iuris
ciuilis apices attenduntur Inno.in.c. quia
plerique de immuni.eccles. Bal. in .c. cum
causam extra de testi.& in.l.1.ad fin. C. de
vectig.& lib.3.cons. 3. nu. 2.Feder.de sen.
cons.21.ad fi. Dec.in.c.1.n.41.de offi.de le
ga.Card.Alex.in.c.ius ciuile in fin. dist. 1
C igno.in.l.curabit nu.61.C.de act.emp.

159 Limito † quarto non procedere quando
publicę vtilitati ex prelatione priuatę non
fit pręiudiciū ut in.l. 4. infra nequid in lo.
pub.ubi si usus littoris maris non impedia
tur licet priuatis in eo edificare & sic priua
tam utilitatem publicę pręferre, quia quod
tibi non nocet & mihi prodest &c.l. in sum
ma.§.item varus infra de aqua plu. ar.glo.
in.l.2.in prin.infra eo.in.l.in creditore su
pra de euict.& in.l.arbiter supra de arbi.&
priuilegia omnia cum de alieno non agi
tur preiudicio conceduntur seu concessa cē
sentur.l.2.§.merito.j. nequid in lo. pub.l.
nec auus.C.de eman. libe. .l. impuberi de
admi.tu.l.cum filius de lls.ter.&.l. sed sū
ab herede infra ad trebell.

160 Limito quinto quando publica vtilitas
non esset in usu.vt in.l.si aliquando .C. de
ope.pub.ubi ita demum opus publicum a
principe impetrari potest ut priuatorum
vsibus applicetur, si aut dirutum est aut de
structū vel in vsu ciuitatis non est, & sic ibi
parificatur quod opus publicum non sit q a
dirutum aut destructum, vel quod sit, sed
nō sit in usu, ergo etiam per arg.a pari quā
do opus publicum non est in vsu, priuatum
debet attendi & consequenter pręferri arg.
no.in.l.si socer a genero in prin.infra eo.in
l.de quibus & ibi Ang.supra de legi. & in
l.si de eo.§.fin.vbi Paul Cast.& doc.de acq.
poss.per Bal.in.l.conuenticula.C.de epi.&
cler.& Euer.in cent.in loco a pari.ir prin.

161 Limito sexto † quando publica vtilitas
esset cum priuata coniuncta, quia vtraque
simul concurreret & sic publica tunc non
pręferretur priuatę ut in.l.turres.C.de ope.
pub.ubi turres noui muri ad munitioné ur
bis & sic pro publica vtilitate extructi vsui
priuatorū deputátur ut earū vsu priuati pub
lico beneficio potiantur & curá cōseruatio
nis ac reparationis habeát, & tépore belli
securitaté pręstent suisque proprijs sumpti
bus custodiant secundum Ang.ibi & Boer.
q.212.& videtur col.1 quia iuri consonum
est ut eum qui habet commoda sequantur
incommoda.l. secundum naturam de reg.
iur.& reg.qui sentit lib.6.in coniunctis au
tem palam est ordinem non attendi.l.qui
dam de pecu.leg.Bar.& doc.in.l.2.§. prius
de vulg.& in.l.quidam consulebant nu.xi.
da re iud.Bal.in.l.exceptionem.C. de pro
ba.Fely.in.c.cum dilecta.ver.tertio decla.
de rescr.Dec.i.c.pastoralis n.37. de excep.

162 Limito septimo † quando publica vtilitas
cū causa religionis concurrit ut in.l. ossa.
§.si in locum supra de relig. & sump. fun.
ubi inserens bona fide mortuum in locum
publicis vsibus destinatum impune facit &
locum religiosum reddit, & sic causa reli
gionis causę publicę pręponitur.est enim
religio potissima pars iustitię secun. diuū
thom.

Thom. secũda secũdę q. 122. arti. 1. & Gar
gi. in l. veluti nu. 3. supra iusti. & iu. ideoque
ad vsum religionis tradita non possunt am
plius priuatorũ & usibus applicari vt in. c.
ad hęc extra de religio. domi. & in. c. man
cipia & . c. seq. de re. permu. & in. l. si quis se
pulcrum. §. 1. supra de relig. & sum p. fun.
163 Limito octauo & vltimo † quando vtili
tas publica accedit secũdario ad actum, &
vtilitas priuata principaliter interuenit qa
tunc vtilitas priuata principaliter & publi
ca secundario debet attendi & sic priuata
pręferri ut in . l. 2. §. fin. & ibi Bar. infra
ad muni. & in. l. 3. §. fin. de lib. lega. Bar. hic
nu. 26. Mars. cons. 136. nu. 32. Sicut in simi-
li dicitur de purpura adiecta vestimento
quando secundario & accessoriè adijcitur
vestimẽto laneo quę licet dignior sit lana, ta
mẽ cedit vestimẽto. §. si cũ alienã inst. de re.
diuis. & . l. sed & si ex meis, vbi etiam glo.
164 de aeq. re. do. qa † regulariter id quod prin
cipaliter agitur solet attendi ut in. l. si quis
nec eũm supra si cer. pet. l. q̃ritur d' sta. ho. et
si accessorium nobilius dignius aut pręcio
sius sit. l. & si non sint . §. perueniamus infra
de au. & arg. leg. vercell. in. l. cum principa
lis nu. 2. de reg. iur. Roma. sing. 628. lego.
Cortet. sing. ver. legatum.

FINIS.

VERMILIOLI DE VERMILIOLIS PERVSINI Iuris Professoris.

Sollicitę errabant ingenti turbine leges,
Ceu pelagum nigro gurgite ventus agit,
Languida Doctores, variisq; agitata procellis
Iura per ambiguos nam rapuere sinus.
Horrebant tenebræ, timidis nec sydera nautis
Surgebant, nullis vocibus ordo comes.
Aureus interpres iuris Cornelius vmbras
Tum lauit, & fluctus littoris, ore fugat.
Doctrina immensa, Phębea lampade Titan
Hic remeat, labor hic ordine victus abit.
Proscindit legum nodos, ac fœdere iungit
Æterno, Æternum nomen ad astra vehens.
Iuris Componit fluctus, placatq; tridenti
Ni mirum, quoniam limitat, auget, alit.

Stat.

INDEX ALPHABETICVS
SENTENTIARVM ET RERVM
Notabilium quę hoc libro continentur.

tiuis

A

Essentia

Intell.

Offendens

Vst•

FINIS.

Regiſtrum

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
A a B b
AB
Omnes ſunt Duerni, prçter † & vlt. qui eſt ſimplex.



PERVSIÆ